JOAN-STEPHANI STROBELBERGERI ... TRACTATUS NOVUS IN QUO DE COCCO BAPHICA, & QUÆ...

Johann Stephan Strobelberger, Laurent Catelan, Johann Oberndörfer, Farnese

Digitized by Google

IBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVIII
C
16
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JOAN-STEPHANI STROBELBERGERI è Monte-Pessulano Medici.

TRACTATUS NOVUS

In quo de Cocco Baphica, & quæ indè paratur

CONFECTIONIS ALCHERMES

recto usu disseritur.

Cui insertus est

LAURENTII CATELANI

Genuinus ejusdem Confectionis apparandæ modus:
Nunc primùm in latinum sermonem è gallico
breviter conversus.

Cum Censura & Approbatione

JOANNIS AB OBERNDORFF.
Comitis Palatini Cæsarei.

JENÆ
Typis JOHANNIS BEITHMANNI,

Anno 1620.

Digitized by Google

DEO

TER OPTIMO MAXIMO

INFINITO SEMPITERNO

REGE REGUM OMNIPOTENTE

PRÆSIDE, PATRONO, FAUTORE

HOC QVALECUNQVE

OMNIBUS BONIS MUSIS SACRUM

D. D. D.

Digitized by Google

JOAN. OBERNDORFF.
Comes Palat. Cæsareus
Candido atque Benevolo
LECTORI S.

INter præcipuas ac prorsus divinas Confectiones, quæ hodie in celebrioribus Pharmacopæorum officinis prostant, non postrema sanè utimur. Inter alias autem prorsus divinas Confectiones non postremam meretur laudem Regia prorsus Confectio διακοκκῶν βαφικῶν, hoc est, ex granis tinctoriis nominata, Auctore Mesue, Arabibus Alchermes, ad quam tanquam ad sacram anchoram afflicti gravissimis, periculosissimis, difficilimis & mortiferis prorsus morbis, atque aliis malis confugimus, ut quę non solùm Cordi & Cerebro

rebro inprimis magnum afflet robur, Senibus & frigidis naturâ opem mirificè præstet, dum crassos lentosq; humores, quibus plurimùm abundant, extenuet, spiritus animales & calorem naturalem refocillet, ipsúmque Cerebri temperamentum atq; memoriam ipsam salvam & integram conservet, spiritus viresque exolutas & fractas restituat: Sed & venenis plurimis, quod à paucis hactenus observatum, masculè resistat, ac fortiter peculiari efficacia repugnet, quemadmodum in eo Opere, quod DE VENENIS inter tot labores & molestias jam absolvi, favente divinâ gratia fusè lateq; patebit, ut non immeritò Viaticum vitæ salutare nuncupanda sit. Hæc nunc Confectio, quæ aliquibus suspecta visa ob Lazuli lapidem, jam cognita usuq; & ratione probata, ab Illustrissimis in celeberrima Monspelienſi Academia Medicinæ Regiis Professoribus, excellentium ingeniorum Doctoribus usu & expe-

experientia Veteranis, castigata prodit. Ejusdem verò genuinus & legitimus apparandæ modus à Laurentio Catelano Pharmacopæo solertissimo, Viro integerrimo & de Monspeliensium Theatro Academico optimè merito, peritè docetur. Denique de ejusdem Confectionis recto & mirifico usu medico, quin & statim à prima hujus libelli fronte de difficilima & hactenus obscura Grani Tinctorii historia, à *Joanne Stephano Strobelbergero*, artis Medicæ Doctore diligentissimo, Genero meo amore & favore omnium digno, doctè atque accuratè differitur; qui Præceptoribus tanquam Parentibus suis, ut benè institutus, piâ ἀνθιπλαρχίᾳ (si non absolutè, ἀσὺ καλοκαγαθίαν tamen) pro pretioso ipsum munere collato & in hoc & aliis ab ipso scriptis editis, gratias refert & agit immortales. Quid verò hoc in libello ipse præstiterit, non est, quod largiore nunc probem sermone: Ipsemet

canit, hoc est, cujusmodi sit, factis ipsis declarat, cùm sub verbis res subsint, hinc tua laude haudquaquàm privandus est. Atque hujus rei judices erunt præcipuè illi, quèis meliore luto finxit præcordia Titan. Ego verò cum Veteribus statuo τὰς τῶν μουσῶν θύρας ἀνεωγμένας apertas Musarum januas, quoniam dona Dei candidè & liberaliter sunt communicanda, non supprimendæ spiritus divitiæ; sed quod quisque accepit, in alios transferat, ut prosit omnibus noceat nemini. Idq; & religiosa pietas jubet, quæ non permittit, cum homo homini natus, ea, quæ profutura esse cognoverit, aut oscitanter præterire, aut invidiâ recondere, cùm unusquisque nostrum pro ratione vitæ suæ semper debeat, quantum potest, illa, quæ salutaria in usum communem & proximi utilitatem conferre, quâ nihil homini sanctius atq; antiquius, cùm ex Medicina major, quàm ex Philosophia percipiatur utilitas. Illa enim nihil

hil aliud novit, nisi τὸ διαφθεῖραι καὶ κακὸν ποιῆσαι τὸν τῶν ἀνθρώπων βοηθειαν ποιεῖν. Quanquam autem pro tanto beneficio ipsaq; veritate consequenda ac publicæ utilitatis amore malè gratos aliquot semper experiri cogamur, calumniasq; pro benefactis subinde inevitabiles tolerare; ferenda sunt horum scelerata sacrilegæ linguæ tartareo veneno tincta spicula, quibus optimos & optima quæque confodiunt, Crabronibus deteriores, qui non irritati aculeos in benè meritos exacuunt. Nosse autem hi debent eos μισοχρήστους animi esse improbi atque ingenii pravi, nil scire aliud, quàm detrectare virtutes, corrumpere honores, praeclara eorum, erudita herclè illis insitia inest, reprehendere, nil verò docere, qui beneficium sciunt sumere & reddere nesciunt. Annon hæc amentia, impudentia atq; audacia immanis? nemo id facit, nisi qui etiam gratis Gratiis est ingratus, & sui ipsius ἀντιφιλόλογος, ut verùm omninò sit: Non facilè

facilè obliviſci ſui ſcelerum inſuetam malitiam.

Tu verò Lector Candide, placidè & benevolè viris optimis, non tantùm ad docendum, ſed & medendum atque juvandum natis, pro his & omnibus aliis benefactis age gratias immortales, atq; hunc libellum in uſum atque utilitatem tuam editum benevolo gratoq; ſuſcipe animo. Æternùm VALE. Ratisbonæ 29. Aprilis, Anno à ſalutifero Virginis partu 1620.

IDEM

IDEM

JOANNES OBERNDORFF Com. Palat. Cæsar.

In

Generi sui de Confectione Alchermes libellum.

BAphica quâ Coccus possit ratione vel arte
Conficier medicâ, Alchermes Confectio quæq;
Præbeat in fragili vita mortalibus usum,
Vindicet à multis quòd præsens corpora morbis
Nostra venenatis: quòd diræ semina Pestis
Tollat: & inprimis Synochum curare malignam
Sit potis, in castris quâ non communius ullum
Jam sævire malum fertur: quòd robur & afflet
Eximium cerebro: cordi medeatur & ipsi,
Si vel frigidius tremulumvè existit; & ipsas
Ingenii vires acuat, reparetque vigorem
Lapsum: Lethargum quòd cum Vertigine curet.
Fors Apoplecticus aut Epilepticus es? tibi tutum
Ecce mali tanti medicamen Coccus habetur.
Ex cerebro Felis sumpto si insania oborta est,
Coccus eam pellet, nec eâ præsentius ullum
Certius aut medicamen erit: tætroq; veneno

Sævior è parvo quod turgida vipera felle
Evomit, & sævo qui cuncta venena Napellus
Exsuperat, nec non viridi succo Coriandri,
Somniferoq; Opio nimium per pocula sumpto;
His inquam cunctis Coccus Confecta medetur:
Tanta ergò ejusdem virtutes! dicere quas non
Sat dignè possem, pariter si vertice læto
Nectat odoratas mihi Smyrna & Mantua Laurûs.
Quas inquam Cocci vires, artemq; parandi
chare Gener facili sollertiq; indole tradis.
Hoc sanctè quamvis peragas, dignusq; favore
Propterea cunctis fias, odisse maligni
Haud tamen Osores cessant velut unus & alter
Piper olens saccus; vel mercatoria proles
Aut modò grandiloquus vel iners & amans My-
ropolæ
Vel Sycophanta dicax aut Alcumistæ profanus.
Tu Gener hos fucos leviores fæce putato:
Rem facis ingenio dignam facis arte medendi,
Ac tua quadrifidi per climata nomina mundi
Dissita posterenitis transfers, ac præpete fama
Celsa poli scandens metuenti solvier annis
Inscribis Cedro nullis obnoxia seclis!

IN

IN TRACTATUM MEDICUM

DE CONFECTIONE ALCHERMES

Clarißimi, Excellentißimi & Experientißimi Viri,

Dn. JOAN-STEPHANI STROBELBERGERI, Philoſophiæ & Medicinæ è Monte-pelio Doctoris eximii, & illuſtris Aulæ Schvvanbergicæ Medici Ordinarii.

NUper qui plantas, fontes, urbesq́; ſcholasq́;
Gallorum, applauſu Doctorum ſcripſit acutè,
Scribere jam pergit, noſtrâ tellure paretur
Baphica quâ Coccus Medicâ ratione ſagaci.
Quàm benè! depromit ſtudiorum pectore fructus,
Promit & inſignes fructus, quos Gallia, quósve
Oſtendêre aliæ terræ, longeq́; remotæ.
Scilicet inſtar apis, flores quæ ſedula carpit
Lectos per plantas varias, mel conficit inde.
Diſſeruit libros doctos & diſſeret olim
In re qui Medica magnum uſum oſtendere poſſunt.
Sic Patriæ & terræ Gallorum fœnore multo

Restituet, docuêre virum quæ gnaviter artes.
Inde manebit honos magnus, nomenq; per ævum,
Gloria sic Medicis, ingens decus esse valebit
Oberndorffiacæ genti, gentiq; Paternæ.
Annuat his votis clementer Jova supremus,
Atque viro vitam per longos proroget annos.

sinceri affectus & honoris ergò
apponere voluit & debuit

M. Reinhardus König
Marpurg. Hassus.

AD

Clarissimum & Excellentissimum Virum

Dn. JOANNEM-STEPHANUM STROBELBERGERUM, è Monte-Pessulano Medicum experientissimum, de Cocco Baphica & inde Alchermes Confectione novum tractatum vulgantem, Thermocarolinum p. t. Poliatrum felicissimum, Dn. Fautorem & Amicum ὁσιώτατον colendum.

REctè facis, Medentium fax inclyta
Divûm propago, seculi nostri jubar,
Charitumq; Musarumq; Pulle famiger,
Quod publicâs modum labore eximio,
Cum laude grandi, cum multorũ plausibus
Confectionis Alchermes, *& mirimas*

Ejus

Digitized by Google

Ejus recenſes vires arte dexterâ.
Galenus hac ætate quando viveret,
Offerret ultrò gloriam & palmam tibi,
Qui dignus eſſes, cujus eruditio
Induſtriaq́ vis ad omne ſeculum
Memoretur orbibus dierum ſingulis.
Age porrò, age ultrà, ſic oportet didere
A flammei jubaris ortu uſq́ ad Heſperum
Artem ſuam, nomen ſuum, landem ſuam.
Quamvis tuorum decolorent hoſtium
Calumniæ vim cœlicam, dotes tuas.
Doctis tamen placere te ſcito bonis,
Quod gaudeo, quod gaudeas, quod gaudeat,
Quicunq́ fautor gentis Æſculapiæ:
Et qui favet doctis, bonis, mihi, Tibi,
Strobelbergèr *aureũ ſidus Machaonum,*
Sophiaq́ cura, lacteaq́ facundiæ
Flos ac medulla, Apollinisq́ corculum:
Quem fama pennis incitatis & tubâ
Altum ſonante ad aſtra diſtulit domum.
Te ſoſpitet ſalus, & alma fauſtitas,
Fidem *tuam*, Socerum *tuum*, *cujus fama*
Mundi utriuſq́ latè adimplet orbitas,
Quiq́ enitet Medicos inter virtutibus

Ut noctiluca inter minora sidera:
Quin faustitatis comes sit fœcunditas;
Ut sit Fides *verè* γνὴ *tanquam* γνή.

M. Joannes Wilcover P. L. Gymnasii
Poëtici Ratisbonensis ConRector.

IN

Clarissimi & Excellentissimi Viri,

Dn. D. JAN-STEPHANI STROBELBERGERI, Thermarum Carolinarum Archiatri dignissimi! Fautoris pl. honorandi-æstimandi! Tractatum nobilem de præparatione ALCHERMES;

Epos Stephani Donavéri Ratispon. SS. Theol. Studiosi;

O PHOEBE montes qui pelios colis!
Dulceîs ô MUSÆ! quas comites juvat
Adesse, quarum Fama complet
Solis utramq; domum coruſci:
Hûc-hûc! Alumnum laudis adóreâ
Clarare vestrum sumite, sumite
Sacrare libros, & virenti
Plectere de violâ Corollam;
Hoc magna VIRTUS, hoc studium tenax
Volunt, quod annis à teneris dedit;
Cùm suada certatimq; Pallas
Expoliêre animum, atquè linguam.

Non

Digitized by Google

Non occidens SOL non oriens magis
Vidit venustam pectoris Indolem!
Sublimis ô MENS! ô perácre
Judicium, ingeniumq; comtum!
En eruditi pectoris è penu
Præsens laboris plenum opus improbi
Plenumq; mentis, quod Nepotum
Turba pio concelebrabit ore:
En ex medullis quod fluit intimis
Opus, Machaon vel medicus parens
Quod ipse Cous comprobando
Mirificè super astra tollat.
Macte laboris! macte animi Bonis!
Bono omnium plura edere pergito
Opuscula, quid momos moreris?
Queis caput helleboro piandum.
Sic sic salutis pœoniæ caput
Sic sic sacrarum Gloria virginum
VIR audies! Laurum reportans
Et melicâ medicâq; in arte.

JENÆ
è Musæo meo, XVII. Calend. Juli
CIↃ IↃ CXX.

FRAN-

FRANCISCUS BRUNO.
Avignionenſis M. L.
L. S.

VIrtutes Grani qui neſcit Kermes & uſum
Hic Medicos inter nomen habere nequit.
Haud parvo ergò Autor celebrati nomine dignus
Illius vires noſcere qui docuit.
Robore nam firmo, vegeto qui corpore gaudet
Uut gerat officium venula quæque ſuum;
Huic ſit præ reliquis grata hæc Confectio Chermes,
Blandula, & in multis certa medela malis.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆLOQUIUM

AD

LECTOREM BENEVOLUM

OANNES MESUES,
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Hic Mesues, ut Mauris & Sarracenis sese optimo adfectu conjunctum manifestaret, remedium quoddam singulare excogitavit, quod illi affectui adversaretur, qui populariter ibi in locis præsertim inter ipsos Mauros & Sarracenos grassabatur. Maximè vero obnoxii erant Melancholiæ, quæ tunc fuit malignitate ut plurimi prævorum symptomatum molestiis impliciti vita continuis quibusvis miseros illos exercuit. Hinc factum est, ut Electuarium quoddam præstans illis propinaret, quod Electuarium pè grandi Κ ο mesues nomen reportavit, illudque tempore non solum in frequentissimo usu fuit, sed & illius usque tempora Confectio Alchermes passim appellari consuevit.

Sicut autem Mesues illam Confectionem quod [illegible] sed populorum [illegible] ita [illegible] Monte-pelio natus [illegible]

[illegible]



sanè dictæ Confectionis tractatio obscura foret: & quæ de tam nobili grano in medium proferre laboravimus, breviter nunc proponamus.

CAPUT PRIMUM.

In quo Ilex cui Coccus adnasci solet describitur.

NOmen *Kermes* duobus commune existit, Plantæ & Grano quod eradnascitur: Ignius verò pro grano usurpari solet. Planta illa ex Ilicum genere est: Cum verò Ilicum duæ sint varietates; aliæ enim *glandiferæ* sunt, quæ in proceras arbores adolescunt, qualis est illa quam *Matthiol. lib. 1. cap. 121.* exhiber, ad id fortè genus referenda quod *Plinius* in Italia nasci tradit, folio non multum ab Oleis distante, eò quòd oblongum & angulum sit, quodque nil aliud est quàm Smilax Arcadum *Theophr. lib. 3. cap. 16.* Ilex verò legumen Ilex major, *Clusius rar. stirp. hist. libr. 1. cap. 3.* descripta, quæ in Hispaniis *Carasca* nuncupatur, cujus glande rubi in secunda mensa pro cassaneis vescuntur, quæ & Narbonensis Gallia & Provincia abundant, quamvis impotæ: Aliæ verò *Coccigeræ*, perpetuò horridæ, qualis hæc nostra, quæ Agrifolio sive Aquifolio similis, ideò à *Clusio* & à plerisque *Ilex Aquifolia spuria* nomen sortita & *Carrasca* ad differentiam illius Aquifolii, Matioris quæ Coccum non fert, appellari solet. Hinc *Ludovicus Anchanus* Ilicem à cæteris Ilicibus existimat multùm differre. Cui sententiæ suffragatur etiam *Britannus*, qui *lib. 1. de Ilice cap. 17.* scribit, Coccum colligi ex fructice Ilici glandem ferenti similis, cui folia

velut Aquifolio sunt aculeata. Quibusdam hæc dicitur *Phellodrus coccifera*, Theophrasto communi nomine πρῖνος, Hispanis *Coscoja*, Gallis *Arbre de la graine d'escarlate*. Cæterùm surculosa est arbuscula, cortice ex rubro candicante, foliis parvis, laciniatis, acin ambitu aculeis (vetustate interdum rubentibus) horridis, brevi pediculo adnexis. Pusillam, rotundam & valde amaram fert glandem, calice echinato comprehensam. Nunquam altè assurgit hæc Ilex, sed multis ab eadem radice prodeuntibus ramulis fruticat. Vocis autem *Kermes* usurpatio hanc plantam esse exoticam & peregrinam satis indicat. Unde Dioscorides eam in Galatia, Armenia, Asia & Cilicia, Plinius in Africa, Pisidia & Sardinia, Bellonius in Creta quoque provenire testantur: At copiosiorem ejus proventum Arabia fert: unde dum ad duos usus insignes accedit, ad solennem scilic. Confectionem Alchermes dictam, & ad pannos Kermesio colore inficiendos, ejus Arabi a nomenclatio retinetur. Confirmant idipsum qui Terram sanctam invisère, quòd viâ quâ ab Hierosolymis Damascum itur proveniant plurimæ hujus sortis arbusculæ, ex quibus grana tinctoria colliguntur, quæ quotannis incolæ mercatoribus Venetis vendunt. Sed planè ne exotica hæc Ilex & extàm dissitis regionibus petenda? Dubium non est, quin etiam alibi proveniat propinquioribus terris; verùm in genere iis solummodò, quæ Mediterraneo Mari vicinæ sunt & magno Solis ardore torrentur, locis quidem planis, sed in altitudinem parùm evectis, exilibus & sitientibus collibus, at infœcundis: In specie autem multis crescit Hispaniæ locis, præcipuè in tractu *Valentinensi & Portugalensi*. Sic *Plinius* eam quæ circa *Emeritam Lusitaniæ* germi-

germinat in maxima laude ponit ob Cocci quam profert dotes. Nos quidem in *Gallia inferiore* præsertim in Gallo-provinciæ *Arelatensi* planitie patentissima, Solibus æstivis retorrida, squalida, glareosa, lapillis silicibusque constrata, nec non *Frontignane Narbonæ*, Martiniis ita æstuosis, ut totum semestre nil pluat, hoc fruticis genus immensâ copiâ gilicere non raro conspeximus, eo inprimis tempore quo in *Languedocie* Metropoli *Montepelio* studiorum gratia tenebamur, ubi nemus *Granopetum* hac ilice abundans quotidiè ferè invisimus. Nam verò *Italia* quoque ejusdem ferax sit, non immeritò hic dubitatur. Frequentissimam quidem hanc minimam Ilicem tum plerisq; Italiæ locis, tùm præsertim *in Interamnensi, Romano & Senensi* finitimo agro locis montuosis, glareosis & sterilibus inter varias Ilices, Smilaces asperas & Lentiscos nascentem nonnulli affirmant; judicia pono quòd in rei ipsius sincera inspectione dubitetis. Licet enim cistis vocis non raro occurrat, necessariò adeò frequentes Coccum ferens conspicitur, & quamvis aliquando Coccum gerat, sed quia pauciorem citoque evanescentem, hinc fit ut partim ignoretur, partim verò negligatur. Unde *Clusius* ait: *Non dubium quin olim crescat, sed non ubiq; Coccum gerit, lib. 1. rar. stirp. c. 16.* Sic *Matthiolus* nescire se dicit, an arbuscula, ex qua Coccus legitur, in Italia provenias. Sic *Belonius* coccifer Ilicis genera tradens, totam quidem folio non tamen fructu ab Ilice distante, de quâ nobis hic sermo noster est, alteram verò nempè *Cocciferam in Provincia Gallia* nasci fatetur, sicut paulò antè à nobis relatum est.

CAPUT SECUNDUM.

De Cocci Generatione.

HUjus fruticis stipiti & surculis plerunque prædoris, & non raro eorum nodis, circa foliorum ferè exortum, quâ ima sui parte & eâ supinâ petiolis hærent, rotundæ quædam vesiculæ pisi exigui magnitudine, sine pediculo inhærentes vere primo concipiuntur, quæ primùm argelcentes ex albido cinereum, tandem in rubescentes purpureum, nitidum & perelegantem acquirunt colorem, granis Asparagi hortensis planè similem ac concolorem, quamvis paulò fusciorem & obscuriorem foris, intùs verò cruore sanguineo glitcentes mense Junio.

Perelegans sanè Naturæ opus & visendum, quod hic cruor & saliva rubens ac lucida in tam parva cystide tanquam ovo parvulo concludatur. Unde an semen aut fructus, an bacca sit, controvertitur. Ac compertissimum habeo neutrum esse, sed sileri tantillæ lucis excrementum, quamvis nobile. Hinc *Tabernæmontanus lib. 1. hist. gen. plant. cap. 2.* loquens absolutè *purgamentum* quoddam non autem *bacca* esse concedit, vesiculis illinorum solùm insidentibus similem, à Natura sic productum. Jo. verò si fructus esset, non sine pediculo stipiti fructui adhæreret. Aristoteles inquit *Granum* vocatur *Cocci* quod figura sui quam cum multis obtineat granis. Distinctè igitur secundum *Aristotelem* non est *granum*, sed *fructus* [illegible] *fructum* illum, sed *granis* [illegible] *aura* salutem [illegible] *nocitura*.

CAP. III.

CAPUT TERTIUM.

De variis Cocci nominibus, ejusdemq; differentiis.

NObile hoc excrementum Græci simpliciter κόκκος, specialiùs verò Theophrastus κόκκος βαφικὸς, Dioscoridi ἔσχατος βαφικὸς, *Plinio* per excellentiam *Granum*, Celsius *Cocci Infectorii* & *Quisquilium* (quod nunc depravatè *Squarlata* pro *Quisquiliata*) Arabes *Chermes*, *Charmes* aut plerumque *Kermes* concupant. Cum verò nomen *Kermes* absolutè sumptum *Vermiculum* significet (qui cruore sanguineo micans ex propria quarundam plantarum substantia generatur) ad exigendas Symbolas *Kermes* rarò quoquis usurpatum ideoque advertendum hoc loco quod tanquam nomen æquivocum & latius sumptum multis abs vermiculo, in distincta specie plantis progenitis tribuatur, quorum omnium olim ad preciosas vestimentorum tincturas celebrabant Veteres.

In hunc ordinem primò venit *Coccus Ilia*, cujus *Pausanias* in *Phocaicis* meminit, quam Galatæ qui super Phrygiam sunt patriâ voce *Ilya* nominant. Hæc Solam in celsitudine, crassitudine, & fructu ejusdem proportionem cum *Kermes*, folio tamen tenero & meliore quam *Ilex*, in reliquis *Ilicis* similitudinem habet. In hoc vermiculo gignitur pulvis cum alis, cujus magnitudo non excedit cubitum. Hæc dedit Dioscoridi vox *Hesychio* apud *Plinium lib. 9. cap. 41.* & *Strabonis* meminit *lib. 12. cap. 5.*

Eadem fere arbuscula apud urbem *Ambrosiam*, ad radices Montis *Pharnissi* provenit, ex qua lectum mul-

indigenæ fructum putrefieri sinunt, ut animalcula in eo procreantur, quorum sanguis ad *Purpurissam* idoneus.

Sic è *Brassavola* scitur, in *Polonia* tres haberi plantas, sub quibus *Kermes* nascitur: quarum prima est *Auricula muris* inibi putata, altera *Parietaria*, & tertia *Siligo* seu *Oÿra*.

Scaliger Kermesium à vermiculis exemptis è radicibus *Pimpinellæ* quosdam usurpare memorat, quod tamen rectiùs *Cramesinum* appellari scio. Eidem consentiunt *Monachi*, qui in Mesues antidota commentaria ediderunt, dum *grana Kermes* ad radices quarundam herbarum & præsertim ad radices *Pimpinellæ* reperiri asserunt. Nec ab his dissentit *Cælius Rhod. libr. 8. cap. 12.* ubi ait: *Colligi Kermesin certis locis ex herbæ radice, quàm Saxifragam vocant*, quæ *Pimpinella* est vel ei proxima.

Cornarius in Sarmatiæ ad Russiam spectante *Podoliæ* dicta regione herbam nasci inquit similem Plantagini. Ad hujus radicem granum unum adnascitur, quo antequam in vermem alas postea acquirentem abeat collecto, sericei & alii panni colore Chermesino afficiuntur: Grana autem singula singulis radicibus adnascentia lentis magnitudinem non excedunt.

Dioscorides etiam in Cilicia tale quid è Quercubus Cochlearium exilium similitudine nasci prodidit, quod illius regionis mulieres intorquendo avellentes colligunt: Non enim τῷ κόκκῳ, sed τῷ κόμμεϊ in textu legendum.

Porrò apud *Indos* animalia scarabei magnitudine *Ælianus hist. animal. lib. 4. cap. 46.* nasci refert, adeò rubra, ut cinnabari similia primo adspectu dicere possis,

possis, arboribus electrum ferentibus adhærentia: ex quibus incolæ, quàm primùm ea venati sunt, sanguinem exprimentes, eodem vestes phæniceas & quemvis alium pannum tingunt.

Ferunt similiter ex India Orientali radices quasdam in *Persiam* quotannis asportari, in quibus animalcula generantur, quorum cruore panni tàm mirè inficiuntur, ut *Vopiscus* in vita *Aureliani* omnibus *Kermesinis* istum colorem longè præferat.

Recentiores quidam inter *Kermes* referunt *Gummi Laccam*, quæ veluti favago & liquor in arboris vastæ ramis concretus, furculos circulatim involvens, quem suctu à formicis Indis ex arbore elicitum, elaboratum & cohibitum esse referunt, qui *Garciæ* fidem habent.

Aliud præter jam commemorata genus adhuc invenitur, cujus neque Recentiores nec Veteres meminerunt; quod *Bellonius* excrementum esse in Myrtis nascens asserit, unico animali vivo vesicula concluso præditum.

Licet autem hæc recitata singula vulgò nomine *Kermes* salutentur; sciendum tamen hoc nomen impropriè & minùs verè ipsis competere. Oportet enim omninò *Charmen* seu *Kermes* à *Crameſino* radicibus Pimpinellæ aut alterius cujusdam herbæ adhærente, distinguere. Quamvis enim illi simile, non tamen idem; Cùm vel ipsi Tinctores hæc ità distinguant, ut *Coccum Kermesinam* vulgò GRAINÆ, id est, GRANUM, id verò quod ex herbarum quarundam radicibus colligitur CRAMOISI nuncupent. Vel sanè dicendum, aliud esse *Kermes* absolutè dictum, aliud *Kermesinum*. Hoc quidem, sive sit fructus fruticis cujusdam à *Pau-*

sania suprà commemorati, sive aliud quidquam, quod ad radices *Pimpinellæ* vel aliarum herbarum partes adnatum reperitur, soli utuntur Tinctores ad tingendum sericum, quod ideò rectiùs *Cramosinum* vocatur. Illud verò simpliciter & absolutè aut *Granum* aut *Kermes* dictum, primariò ad usus saltem medicos, secundariò etiam ad tincturas usurpari solet: id quòd expresè *Rovillius notat hist. gen. plant. lib. 1. cap. 8.* dùm sic ait: *Chermes sive Coccus infectorius Seplasiarius & Infectoribus notissimus, quo illi ad medicatas cordiq; amicas Alkermes præsertim confectiones, hi in laneis vestibus inficiendis utuntur.*

Varia insuper nomina apud quosvis sortitur & propriissimè *Chermes* nuncupatur: Aliàs *Granum tinctorium, Coccus Baphica, Coccus infectoria, Coccum sqvarlatinum.* Hispani *grana de tintoreros*, vel *grana para tegnir*, & *grana en grano*; Itali *grano de tintori*, Galli *graine d'escarlate* & plerunque *vermillon*, Germani Scharlachbeer & *Karmesin* appellitant.

CAPUT QVARTUM.

De Cocci Collectione.

COccus quomodo gignatur & quod propriè Kermes appelletur dictum; Jam ejus colligendi rationem declarabimus.

Totum id granum satur ac prægnans est cruore sanguineo, qui nisi tempestivè colligatur, post maturitatem perfectam diutiùs in membranula detentus in vermiculos abit, vesiculâ tenui vacuâ penè relictâ: qui ubi adoleverint plerunque alati fiunt & volatu aufugiunt. Ubi igitur hæc grana maturitatem adepta

ab

ab initio Julii jam colevere, mensibus dia sera, nunc matutina pueris & mulieribus de Montpellier & Narbonenſis ad ea colligenda & vendenda ascitorum: Et quoniam folia illius fruticis spinis horrentia deo colligentes manibus ramulos leniter inclinant, dextra autem retundas illas vericulas, qua parte lignum adhaerent, aperias & hiantes, pallidis rubris vermiculis lenis minoribus plenas suferunt. Atque ea ratione colligentium effugere solet oculos, et nos alatos animalculorum & contagiorum exitiosorum noxiorum nemorosum exercitum effundant, vacuos omnino relictis cunicis.

Torpent interea, & granum collecta aliquandiu servatum, vermiculi & immobiles vacent & quam primum ipsorum tempestivus adest, tunc in limen precipitati solis fervens expansum. Tum liberto calore diutius protegunt & eligere maturos & sanos de quo certamen assidue concubi; intra cuniculos conspicue immaturos ultra limen vocatio concutiunt, ut vermiculos eligere properantes in interiorem latebrarum partem repellant, donec consentiant. Quorum dum intra cuniculos exterreo & folliculi inanibus [illegible] in pulverem rubidum minutum [illegible] Antiqui proprie [illegible] Provinciales [illegible] Mercatores vero horum animalculorum commodam generationem exspectantes [illegible] [illegible] [illegible]

conspeximus, lectam Coccum ad linteum in sole
radiis Solaribus spolijs effundum, & denuo
de hoc linteo iam madido in aluum nouam
dum, hoc opus consequenter repetendo quousque ad
diem circiter duodecimum, vel eo vsque quo eram
la nullam poss se in liore amplius humidatem relin-
quam. Et hanc eorum manipulationem hoc modo
re necesse est, nec nimia humiditas qua tunc ma-
deri, putrefactionem & vitium corruptionemve aliquam
contrahant. Vbi igitur enarrato modo ad lectum
perueneris, in libro competenti subjecto lintei no-
vo pulueri volumen, quo lectum delle
liberationem super folium folicula gregia tan-
quam pulueri colligat per cribrum emittendo. Medela
lanuginem aequaliter cribrationem ceteris
bus conspergere, nec manus amplius
sum digitorum compressu vel quicquam
dum
per horam integram, deinceps
in medicinalis ratio
pulueri
lige
loco
lebe
cribrationem
ribus
con
ne

Cum porrò compertum sit *Cerasorum*, nisi tempestivè legantur, antè tempestivè ecolligi, fructum illi aliquandiu servetur in vermiculos commutari, eosque liquorem & granum recentes lectis illudere excipiunt ad medicatos cordique amicas Confectiones, præsertim verò ad Syrupi de Kermes apparatum, tum *Pharmacopœi Monspelienses, Aquenses, Massilienses, Arelatenses, Lugdunenses* cum infectores pro crudo candidos vel fulvo lecto illi ceram à scrutinio vermibus nato & glomerato cognoscunt.

Plebecula Coccum recentem colligens, quam *Vermillionem* voce vernacula vocat, venundari nubium mercatis vulgari singulari librum duodenis nummulis vicino adhuc gallico.

Scabiei seu vermiculorum, qui cutis tollendum habentur, præcium in libras quatuor.

Aprum solatio [illegible] Mercurialibus [illegible] cum vino aspergine præparatum [illegible]

Observationibus [illegible] plenius hunc præcursum indicem [illegible] hactenus à librariorum nostrorum officinis [illegible]

In Historia posthumum [illegible] Coccum collectum [illegible]

Ejus quoque [illegible] cujus tenues collectiones [illegible] impendere [illegible] ab illo [illegible]



meron voluere id animalculum, quod & certis quibusdam folliculis mane erumpens vnam ultra viginti quatuor horarum spatium non prolongat, innatis, pleruntque eorum quorum subitus ortus, repentinum quoque interitum & naturæ ac virium esse imbecillitatem. Sic sanè illam Coccum, quæ non subito in vermiculos migrat, qualis est Hispanica & Provincialis, præferrem alis quæ reperiri in tam viles translatæ sunt. Nam quo tardiùs vermiculorum procreatio, eo perfectior & magis diuturna eorum vigor. Quis verò Coccum quæ in Galatia & Armenia aliisque illustribus terris prouenit magis aptam & ad procreationem vermiculorum iustis cunis compellit quam in Solstitiorum domo regionibus, inficias ibit? Rectè igitur *Plinius lib. 9. cap. 41.* Cocci rubens granum circa Euphratem laudatissimum laude ponit. Alibi verò *lib. 16. cap. 8.* *Coccum Asiæ fert & Africa, cui [illegible] vermiculum [illegible] vocare imperitum.*

CAPUT SEPTIMUM.

In quo dubia quædam explicantur.

Hactenus ergo quid Coccus, & quibus plantis & quibus non conueniat, & quot coccorum species, explicatum videtur. Verum quia quæ non sunt Coccis species ei similes, quam Dioscorides loco citato *granum esse dicit*, [illegible] quod non [illegible] quod jam dictis plantis [illegible] [illegible] Nam quod ait *Dioscorides* [illegible] illud

illud frumentum fuit de quadrante lucri, non ad frumentum grave, sed haberetur respectum referendum esse verba Catonis ad Virginium. Ad hoc respondet Antigius parum de gravi esse causa, quæ ad tenuiorem conferatur hoc intelligendum. Dubium est quomodo ille Cæsius Rapidius dictus sit. Ille Cæsius cognomen proprium fuit appellatum Cæsium nempe ab oculorum [illegible] quemadmodum exemplum Cæsii. Et quo verbo Cæsius Rapidius cognomen de Cæsio Cæsium unum & idem esse vel inde colligere licet, quod Cæsius dum de Cæsio multa eadem narrat, quæ de Cæsio Cæsio [illegible]

Obiicit Interlocutor, quod illum hunc locum non tantum Cæsium, sed glandiferum quæ Cæsius in causa exempli, Cæsium verum & sincerum glandiferum & valde amarum intendat, cum ochonum & inepte agentes, cum pecierit in Cæsio compendiarie adiudicatum. Verum obtinet, alios adolescentes, qui eiusmodi glandem alere incipiat, cum dolore Cæsium credere propterea tunc esse pro fructu [illegible] et [illegible] Cæsium prodidit. In Hispania [illegible] adolescentes Cæsium adolescentes [illegible] novi reiecerat, quidem impediuntur diques consequentibus novam Cæsii professi.

[illegible]

ritur, *de quanam loquatur Kermes specie, & quam in sua hujus nominis Confectione Alkermes adhibere intendat Mesue?* Respondent ad hoc quæsitum Reverendi *Patres* qui in Mesuen commentaria scripsêre, Autorē in descriptione Confectionis Alkermes nil aliud intelligere quàm grana illa tinctoria, quæ ad quarundam herbarum præsertim Pimpinellæ crassas & annosas radices reperiuntur. Alii tincturam *Alutæ* adspectu jucundissimam, quæ ex *Gummi Lacca* conficitur, prætendentes, illud Gummi pro verō Veterum *Kermes* rectè accipere sibi videntur. Saniores autem contendunt Mesuen intellexisse ea ipsa grana, quæ ab Ilice Coccifera leguntur. Et sanè absurdum foret credere ipsum aliud quicquam intellexisse quàm *Coccum baphicam nostram*, seu *vermilionem* vulgo dictam, eò quòd hoc granum reliquis *Carmesinis* longè anteponendum sit, omniquè seculo præstantissimum æstimatum: Ut ex *Plinio* colligere licet *lib. 9. cap. 41.* ubi sic ait: *Coccum Galatiæ rubens granum, aut circa Emeritam Lusitaniæ in maxima laude est. & lib. 16. cap. 8. Omnes has dotes Ilex solo provocat Cocco; & lib. 21. cap. 8. Animadverto tres esse principales colores, unum in Cocco, quo gratius nil traditur adspectu.* Et certum est, cùm *Mesue* in *Academia Cordubensi* hanc Confectionem tradiderit, eum de illo grano locutum fuisse, quod non aliunde, acquiri necesse erat, sed cujus ingens copia quotannis inibi colligebatur: At jam demonstratum est *Coccum Baphicum Græcorum*, quæ *Kermes Arabum* est, uberrimē gliscere in tota ferē Hispania: Ita ut his probè perpensis nequaquam dubitandum sit, Mesuen aliud granum ad dictam Confectionē adhibere voluisse, quàm quod ex Ilice aquifolia colligi sepiùs jam annotatū est.

CAPUT OCTAVUM.

De Vermiculis qui in Cocco generantur.

QVantum ad vermiculos, quorum jam sæpiùs mentionem fecimus, attinet, circa horum generationem paululùm philosophari placet. *Quæritur enim an illa animalcula è propria fruticis substantia generentur, vel num aliunde originem ducentia ei adnascantur?* Posterius quidem *Brassavola* sentire videtur hac ratione, quòd nempè animalcula fruticis hujus incolæ sperma quoddã ceu ova hinc-indè in ramulis relinquant cum portione aliqua proprii humoris è ventre prodeuntis. At tantùm abest ut huic sententiæ subscribamus, quin potiùs dicamus solùm immediatè fruticem tum liquorem tum animalcula suppeditare; ita quidem, ut, postquam Naturæ beneficio humor ipsius in forma guttulæ protrusus, pelliculâque à vigore Solis superficiem condensantis occlusus, ac deinceps ad eum perfectionis gradum deductus sit, ut transmutationi in vermiculos aptus fiat, accidat ut illa animalcula è folliculo in quo generationis principium sumpsère, exire aliquando volentia, humorem, quem Natura pro nutritione & alimonia ipsorum largita est, è poris arbusculæ minutissimis à Solis calore dilatatis quasi sugant & eliciant; à qua quidem humiditate non minus ac Embryo in matrice conservantur ad illud tempus usque, quo ad summam perfectionem progressa alas acquirant & avolent. Innuit hoc *Scaliger* quando inquit: *Ajunt ea granula quæ in folliculo insunt esse animata, emigrare sponte atq; vacuos relinquere parietes.*

Digitized by Google

rietes. Ipsum verò emigrationis tempus rustici paululum antevertentes granula illa vermiculis jam fœta & succiplena colligunt, & quam-primùm aut ad mercatores, qui ea in Sole exsiccata vino, ut dictum, irrorant ac in pilas *Boulettes* dictas figurant; aut ad Pharmacopœos deferunt, qui pressu debito succum elicientes, eundem pro nobilissima Confectione Alkermes paranda adhibent.

CAPUT NONUM.

De viribus Cocci medicatis.

REstat ut doceamus quo modo *Coccus* in usum medicum veniat, & quibus viribus polleat granum infectorium siccatum. Hujus usus est internus & externus. Internè quidem usurpatum roborat inprimis virtutem vitalem, si scobs ejus in vino sumatur, propter substantiæ quandam familiaritatem quam cum corde obtinet, ut notat *Sylvius lib. 1. de med. simp. & Renod. de mat. med. lib. 1. sect. 3. cap. 17.* Egregiè etiam confert hoc granum mulieribus abortientibus cum æquali masticis pondere in ovo sorbili sumptum; Unde *Mathiolus* ejus pulvere felicissimè mulieres Italicas ad prohibendum abortum uti affirmat. Simili modo *Matronæ Monspelienses* in difficili partu collapsisq; viribus eo frui solent. Externè adhibitum vi sua adstringente & consolidativa vulneribus nervisq; præcisis convenienter cum aceto illinitur ex *Dioscor. lib. 4. cap. 43. Galenus libr. 7. simpl.* amaram qualitatem possidere & sine morsu desiccare, proindè ad ingentia vulnera cum Oxymelite,

congruere, asserit. *Plinius lib. 24. cap. 4.* Epiphoris & oculis suffusis ex aqua utiliter instillari comprobat.

CAPUT DECIMUM.

In quo explicatur, quod-nam granum Cocci in usum medicum dignissimè recipi debeat.

QVoniam verò triplicem *Cocco* præparationem adhiberi hactenus narratum sit, quæritur tandem, quod-nam Granum in usum medicum utiliter vocare liceat? Sciendum est granum illud quod jam-jam è frutice lectum summo calore & vini acetivè aspergine præparatum siccatumque viribus suis & substantia integrum manet, unicè dignum esse, ut ad medicationem adhibeatur, & esse idipsum de quo autores qui ejus usum descripsêre, in primis intelligendi sunt. Unde Galenus loco citato amara & adstringente qualitate præditum esse innuit. Huic proximè succedit id cum fragmentis suis, quod inter præparandum, ut suprà enarravimus, in cribro remansit vermevacuum, semisucculentum, marcidum & interiore parte effigiem vermiculi impressam referens, quod passim à Seplasiariis circumfertur & in magno precio habetur, amarum quodammodo & adstringens, quod ab infectoribus quibusdam ad tincturam etiam *Scarlati*, sed minùs precio sam adhibetur. Ultimo loco ponendus inanis ille folliculus & vesicula tenuis, quæ aut à frutice avellitur eo tẽpore, ubi vermiculus jam emigravit & in muscam mutatus volatu aufugit, vel sanè, quæ licet tempestivè lecta, in ferventi tamen

Sole

Sole sub dio à vermiculo succipleno vacua relicta instar pelliculæ rotundæ grano Asparagi similis, & foraminulo è quo animalculum egressum est, prædita, deinceps ad emporia mittitur. Hoc sane granulum, seu potius vesicula sicut ad tincturas nullius ferè æstimationis est, ita malè passim in pharmacopoliis pro *Grano Kermes* usurpatur. Sed tantùm abest ut medicis usibus cum effectu aliquo effatu digno inserviat, quin potius hoc nomine haud dignum medicamen ex officinis pharmaceuticis relegandum sit.

AD
NOBILISSIMAM ALCHERMES CONFECTIONEM TRANSITIO.

Lector benevole.

INtegrum jam ferè seculi spacium decessit, quòd Joannes Falco Consiliarius Regius ac almæ Universitatis Monspeliacæ Professor Medicus *commodum esse duxerit consensu Collegarum suorum ex aliqua parte reformare Confectionem Alkermes, quam* Mesues *tunc ante quadringentos annos usui introduxerat. Hujus consilium optima ratione postea approbavit non solùm* Guilelmus Rondeletius, *sed & cæteri omnes Medici qui consecutione quadam ad hæc usque tempora in Monte-pelio floruerunt; quorum sanè nullus ad hoc laudabile antecessorum suorum institutum ratione aliqua, variandum adduci vel potuit vel debuit, quàm Clarissimus* Jacobus Fontanus *olim Avignionensium Medicus, hodie autem in Aquensi Academia Professor, qui scripto publico demonstrare contendit, inquè à Medicis Monspe-*

Digitized by Google

Monſpelienſibus actum, quòd ſtatuta venerandæ antiquitatis immutare & corrigere temerario auſu annixi fuerint. Hoc ſcripto Fontani *provocatus* Jacobus Pons *Medicus Lugdunenſis celeberrimus, Epiſtolam quandam typis promulgavit, in qua ipſum reprehendit, quòd tàm laudabile tot inſignium Medicinæ Procerum inſtitutum taxare auſus ſit, demonſtrando inſuper Reformationem iſtius Confectionis à dictis Profeſſoribus neceſſariò ac utiliter olim ſuſceptam & hactenus à tot laudatis viris meritò approbatam fuiſſe. At idem* Fontanus *deinceps ſub prætextu cujuſdam Pharmacopæi innominati contra Magiſtrum quendam Pharmacopæum Monſpelienſem* Petrum *cognomento* Sanchum *replicam quandam in forma libelli publicavit, ubi in priori pertinacia perſiſtens demonſtrare annititur ridiculè ac frivolè omninò Confectionis iſtius reformationẽ à Profeſſoribus Monſpelienſibus ſuſceptam ac dein à* Jacobo Ponte *propugnatam, eò potiſſimum quòd ejuſdem apparatus minori ſumptu quàm* Meſue *præceperat, ab iis inſtitueretur, ſolius lucri & avaritiæ cauſâ. Certiſſimum verò eſt, bonum illum virum ſola calumniandi cupiditate incitatum fuiſſe, ut turpis lucri ac avaritiæ nomine Pharmacopæos Monſpelienſes ſuſpectos redderet. Quapropter neceſſe indicavit Peritiſſimus Vir* Magiſter Laurentius Catelanus

prima-

primarius hodie in Monte-pelio Pharmacopæus, *ut laudatam hanc, cujus ipse ex præscripto Medicorum Monspelien sium ingentem quotidiè ferè pararet copiam, quamque per universam Europam ad Reges, Principes, Illustres familias, Archiatros & Pharmacopolas transmitteret, Confectionem à calumniis quibus eam conspurcare* Fontanus *& ejus Assectæ conati sunt, vendicaret ac publicitùs monstraret rectè ac sapienter Confectionem istam à* Mesue *primò traditam, postea à Medicis Monspeliacis castigatam & reformatam fuisse; tum verò ut comprobaret, eam Confectionem quæ juxta castigatam doctorum Professorum formulam hodie in* Montepelio *parari solet, esse veram ac genuinam unicèq; hoc nomine dignam* Alkermes Confectionem, *omnibus aliis sive hic sive alibi ex* Mesuæ *præscripto aut aliorũ ordinatione conficiantur, longè anteponendam ac propriè sub hoc generoso nomine in usum medicum vocandam, in Regum arculis pro summo delectamento collocandam, in Principum thesauris, in Proto-Medicorum arcanis, in Pharmacopœorum officinis pro ægrorum usu expetendam, colendam, amandam. Edidit igitur conatum suum* Catelanus *noster in scripto publico, quod Anno* 1614. *Lugduni typis excusum prostat: in quo sanè summam suam eruditionem abundè testatus est, non solùm ea quæ*

Digitized by Google

quæ ad Alchermes Confectionem pertinere videbantur explicans, ejusque miscendæ elegantissimum artificium docens; sed etiam præcipua argumenta quæ à Fontano *in contrariam partem allata sunt, solvens ac discutiens, dissentientes Autorum opiniones concilians & veritatem è tenebris eruens.*

Quoniam verò calumniæ à Fontano *lingua vulgari nempe gallica sparsæ erant, ideoque* Catelanus *tractatum suum de genuino Confectionis hujus apparatu eadem lingua promulgare non erubuit, ut præjudicium illud quod è* Fontani *scripto hauserant plebei, tolleret, annihilaretque: Cumque sciret hunc suum laborem aliis suæ artis sectatoribus utilissimum fore, me tunc in florentissima illa Academia Medica Consiliarii munere publico fungentem admonuit, ut hunc suum tractatum è Gallico in Latinum sermonem converterem ac publici juris in Germania facerem. Quod ego sanè Viro de me optimè merito lubens & grato animo me præstiturum promisi. Equidem ejusdem libelli utilissimam editionem maturius procurassem, nisi superiori anno tota mea bibliotheca unà cum iis chartulis quas typographo jam tradere constitueram horribili incendio quod totam ferè Bohemiæ splendidissimam* Vitingojam *absumpsit, cum incomparabili raritatum mearum ex Galliis & Hispaniæ montibus* Pyrrhenæis *multo labore ac sudore*

collectarum reiiçdimus, ne quæ irreconciliabili pugna deperissent. Eiusdem itaque libelli aliud exemplar à Catulano repetimus, id confestim eruimus inter ipsa seruissima arma, inter quæ exsistante toto Regno Bohemiæ nunc hæreo, in latinum sermonem transtuli, taleque scribendi genus adhibui, quod Pharmacopæis intellectu esset facillimum. Quamobrem autem ipse Catulanus libellum suum in certos diuersarum distribuerit; nos tamen per certa, secundum duodenum medicinarum (quæ hanc Confectionem ingrediuntur) numerum, capitula eandem enarrabimus, ita quidem ut plurimas de lana caprina lites quæ inter Catelanum & Fontanum intercedunt tanquam inutiles omittamus, plerasq; autem scitu necessaria à Catelano prodita recitemus & nonnulla quædam supplemus, ad singula capita breues nostras appendices pro ulteriore rei declaratione addantes.

Tu benigne Lector conatum Iuuentutis nostræ Bono Consule

ET Vale.

CON-

CONFECTIONIS ALCHERMES

Genuina Descriptio.

Accipe Succi Pomorum dulcium & Aquæ Rosarum
(in quibus Setæ Libra una fuerit per diem naturalem infusa & multum expressa)
ana libram unam & semis.
Succi granorum Kermes libram unam.
Sacchari solidi libras duas.
Coque ad Mellis spissitudinem.
Remoto ab igne & etiam-num calido
Adde Ambræ crudæ minutim incisæ drachmas duas.
Sine ut liquescat.
Deinde admisce sequentia pulverata
Ligni Aloes, vel, Santali citrini,
Darseni, id est, Cinnamomi electissimi
ana drachmas sex.
Lapidis Lazuli usti & præparati
Margaritarum albarum ana drachmas
Auri boni, [duas
Moschi ana drachmam unam.
Confice secundum Artem.

MAGISTRI LAURENTII CATELANI

Primarii apud Monspelienses Pharmacopœi

Ad suos Auditores

Præfatio.

Factum est in hisce artis nostræ commentis, Auditores Humanissimi, Minerva & Dulcis natura, ut non in una eademque complexa tempora prodita fuisse, ut ex eorum structura demonstrare vobis possimus, & ipsa natura unamquam hanc præstare quod ejus esset, ut id quod meum in hoc opere esse puto, id ipsum profecto sit. Parva namque res est, ut vero, consilium dum, nihil tuti sotio nimis. Simili ac tempore [illegible] Minerva, [illegible] caput Minervæ [illegible] primum fuisse. Mox [illegible] simul, duo plurimum posse putaverunt. Hoc factum est, Auditores, ut eorum diligentia quod rudi industria conquisivit & [illegible]

de terra motu ac compositione orbis terrarum Ptolemæus Alchimus afferre ac dare videretur, ostendi rationem postulare cogitarem, ut singula ea publicè jam oculis vestris subjicerentur. Sed totum jam ob propositæ materiæ dignitatem meaque malui tenuitatem contemnisse. Unde consultius forsan foret tacere, quam non satis gloriæ dicere. Bucephalus Magni Alexandri equus regni sui ornamenta usurpavit, nemine vetante, nisi ab Imperatore suo, quemadmodum Plutarchus refert. Tantum quoque ex Sabæ incolis intrare Salem ad colligendam myrrhæ lapidationis, quod sacrosanctum Israelitæ licere concessum fuit. Forsan regia crimen ea damnum mi vobis audacia, quæ præsertim nisi hac momentanea fuisse creditur.

Exemplum grave præbet ales
Pegasus, terrenum equitem
gravatus Bellerophontem:
HORAT. Od.

Nec ego Phaëton ab imperitorem regentium dirus ipsum cum quam promerita temeritate precipitem percussit fulmine. Sic nunquam Severus vestra, quam cælestibus equis insidentibus, præsumptuosa mea vestra animum percutere forsan passet, quod non contentus ego in fluminis ripa navigare arrogantia persuasione in periculosum Naturæ Oceanum

me transportari desiderem, naturamque eorum quæ in Confessionem Alkarnæi veniunt paucis attingendo obscuræ profunditatis immergam, cum ex ibi quam debeas illecebris ac voluptatibus illa corrupta, quas stultæ hominesque miscent, destituas.

Verum advertendum quod vis periculum quoddam apud Alexandrum imitabor, qui Lacænis respondit, si nunquam fibi videbatur adversus imperatorem pugnare periculo. Quicquid enim de propositæ materiæ in medium allaturus sum, id tamen & assumentum Autorum placitis stabiliturus & nonnunquam ipsos: Ita quidem ut structuræ hujus libelli debuerit ea ego sim, sed materiam varie undique condoxerim. Nec tamen ideo aranearii textus melior, quia ex se fila gignunt, sic nec noster melior, quia cum ex alienis laboribus ut Apes. Et licet aeri habeatis aurei loris accessoria, hoc examen à vestra humanitate me obtenturum spero, ut, si pro dignitate institutum meum non exaravero, nihilominus mea professione pro ingenii tenuitate me satisfeciisse existimetis. Nunc ergo ad duodecim simplicium, quæ hic considerat, examen nos accingemus, & qua de iis dicenda sunt, succincte explicemus. Deus autem Veneranda

præsens iuvet.

CAP. I.

CAPUT PRIMUM.

De Succo pomorum dulcium.

MAlè quidam Pharmacopœi sine delectu è quibuslibet pomis succum pro hac Confectione accipere non verentur; cùm tamen dulcia cæteris longè præstent ob fragrantiam, quâ cordi robur afflare possunt. Hac quidem temporis ætate tres passim pomorum differentias agnoscimus, ita ut quædam sint dulcia odoris suavitate gratissima, sub quorum censum poma Curtipendula & Paradisiana veniunt; alia agrestia seu acida; reliqua ex acido & dulci mixto sapore prædita. Mesues in hac confectione expressè succi pomorum dulcium mentionem facit, non ergò opus est ut de aliorum succo ad præsens institutum accipiendo solliciti simus. At quo-nam modo depuratio hujus succi ritè instituenda, an coctura ad medietatem, ut Mesues in Syrupo pomor. simpl. jubet, an insolatione & residentia? Dico sanè in succis acidis rectè coctura ad medias institui, tùm ut impura separentur, tùm ut cruditates consumantur. Succus verò quem dulcia ac odorifera poma fundunt, hac præparatione non indiget, annuente ipso Mesuæo in traditione Syrupi Regis Saboris & alibi, ubi tantæ consumptionis non meminit. Suadet idipsum ratio, ne tanta coctione suavitatem & blanditiem succi dissipemus. Quid-ni igitur sufficiat pro more nostro hunc succum calore Solis purificare, dein fetam in eo macerare, penultimò lenissima ebullitione vim setæ omnimodam elicere, ac tandem cum Sacchari mixtura in Syrupum ad Confectionem Alchermes idoneum percoquere?

AP-

Digitized by Google

APPENDIX.

*Rationabiliter Catholicus ex ipsius Missæ præscripto, qui expresse ibi [illegible] de [illegible] Sacrificio [illegible] Sacerdos [illegible] quatuor hæc mox recondam, deinde [illegible] de ejusdem fabæ, donec [illegible] liquor rubeat. Vacuus ergo aliell se [illegible] personam dulcium ad mediocritatis [illegible] [illegible] esse habeat, quinetiam Reprobetur [illegible] [illegible] [illegible]

landi artificium incognitum fuisse arbitrentur, forsan & à *Jouberto* persuasi, qui loco Aquæ rosarum, cujus *Mesues in Syr. de Liquirit.* mentionem facit, infusionem earū ponit. Respondeo Mesuen non solùm destillandi artem non ignorasse, sed & hoc loco nil aliud quàm Aquam Rosarum destillatam intellexisse; quod hinccè judicandum est, quoniam distinctè tùm de succis tùm de aquis passim loquitur ipse Mesues. Nec valet *Jouberti* ratio, qui pro anacatharsi potiùs infusionē quàm aquam rosarum eligit; cum tamen alio fine Mesues aquam rosarum præscripserit, ut nempè Syrupus hinc paratus qualitatis adstrictoriæ particeps in defluxionum principiis assumptus fluentes humores compesceret, velut perdoctè à *Bauderone* & *Brassavola* notatum est.

APPENDIX.

Rectè definit controversiam Autor, nil nempè aliud pro Aqua Rosarum quàm destillatum è rosis incarnatis liquorem accipiendum. Sed pro hac re curandum Pharmacopœis ut vasa destillatoria vel figulina sint vernicea, obducta, vel vitrea, quæ omnium optima sunt; quamvis & ea quæ è purissimo stanno fusa concedantur. Scripsit hac de re Catelanus *noster tractatum peculiarem sub titulo:* Discursus de Aquis quas Pharmacopæus in sua officina habere debet. *Qui ut scitu necessarius, ita sanè dignus qui similiter è lingua gallica in latinam transferatur; quem interpretandi laborem benevolè suscipiemus, ubi Pharmacopœis nostris hunc præsentem gratum fore cognoverimus.*

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM.

De Serico & Seta.

OMnes ferè hactenus tùm Medici tùm Pharmacopæi in hoc errore versati, quòd *Setam* & *Sericum* inter se negligenter confunderent, ac quod magis perniciosum, pro *Serico crudo* folliculos illos in quibus *Bombyces* reconditi sunt, usurparent. Ego autem *Sericum* & *Setam* verè inter se differre assero. Erat enim propriè apud Antiquos *Sericum* Lanugo quædam subtilissima, quam indigenæ Regni de *Seres* (unde *Sericum* nomen accepit) ex arborum foliis derasam in aqua macerarunt, & postmodum ad parandas Syndones in fila duxerunt. *Seta* verò ex humore & propria substantia certorum vermium, qui *Bombyces* nuncupantur, provenit, qui instar aranearum filum filo subducentes mille ambagibus arctissimè junctis *Cuculos* obrotundos efficiunt, qui substantiâ suâ pergameno haud dissimiles postea *Coucons* aut *fourels* nostra lingua, latinè verò *folliculi* appellantur: Ex his postea in calēte aqua positis *Seta* pura adminiculo girgilli vel rhombi ad hoc negocium accommodati in tenuissima stamina ducitur, segregatâ & relictâ interim portiunculâ quadam minus subtili, quam *Filosellam* vulgò dicunt. Innuit eleganter hanc differentiam *Brassavola in expos. Syr.* his verbis:

Unum est, quo moveor, ut non possim nostram vocatam setam sericum appellare; quia Sericum ex arbore depectitur apud Seres, seta autem nostra propriè vocata è vermiculis gignitur.

Accedit autoritas *Solon cap. 58.* ubi ait:

In tractu illius oræ, quæ spectat æstivum orientem

ultra

Digitized by Google

ultra vulgarem. Sextus primus hominum Seres exposuerunt, qui aquarum aspergine mollitis frondibus vellera arborum depectebant, & hoc est illud Sericum.

Hinc consentit etiam *Ammianus Marcellin. lib. 23.* ita scribens:

Abundè fylvæ è quibus arborum fetus, aquarum aspergibus crebris, velut quædam vellera mollientes ex lanugine & liquore ad textum fabricationis tenuissimam pectunt, nemoris hoc conficiunt Sericum.

Quadrat huc similiter illud *Virgilii*, dum ait in *Georg.*

— Foliis depectunt vellera Seres.

Iisdem verbis *Plinius* in sua historia naturæ, quæ hæc sunt: *Primi sunt hominum qui nascantur Seres Lanam è sylvarum nubibus perfusam aquâ depectentes frondium canitiem.*

Et alibi de Insula Thelos sermonem faciens, hæc addit:

In quâ arbores vellerosum facientes corymbi nati magnitudine, quæ maturitate rupta ostendunt lanugines pilos, è quibus vestes hoc precioso faciunt.

Ex his igitur colligere facile est Sericum Antiquorum absq; vermium opificio productum fuisse. Quapropter conitat, ut *Brassavolus* loco citato, antiquorum Sericum nostrum non esse, quia ipsi è foliis lanuginem quandam aquâ depectebant, deinde filabant, ut tandem lanas conficerent, quæ longiores villos instar morem serarum habebant. Sericum autem nostrum, non arborum sed vermium exstitit opificium, nilque aliud est quam innumera stamina tenuissima è bombycibus profecta. Licet verò nasutuli quidam hanc

meam sententiam oppugnare, Sericumq; Antiquorum æquè ac nostrum à vermibus produci probabiliter demonstrare possent; omne tamen id quod in contrariam partem adduci potest, hic afferre & solvere conabor.

Refert enim Pausanias Σῆρ in lingua græca significare vermem, à quo appellationem sumpsêre populi *Seres*, eò quod in horum natalitio animalcula hæc mirè abundent. Ergò verisimile est sericum quod copiosè apud hanc gentem elaboratur à vermibus produci. Sic *Procopius lib. 1. de bello persic.* narrat primos homines qui sericum in Europam intulerunt fuisse duos Monachos, qui de *Serinda* urbe Indiæ venientes, granaque vel semina bombycum *Imperatori Justiniano* offerentes, ansam dederunt inveniendi modum bombyces fovendi & nutriendi, quem nos jam passim observare solemus. Hinc quidam judicant sericum non aliter quàm nunc apud nos à bombycibus confici. *Volaterranus* etiam *geogr. lib. 12. de Scythia*, populos Seres sericum foliis quidem depectere narrat; addit verò illud à vermiculis antea procreatum esse. *S. Ambrosius exam. 5. cap. 23.* post *Aristot.* & *Servium* hac de re unanimiter in hunc modum scribit:

Sericum fit ex quodam grandiore verme, qui veluti cornua gemina protendit, suiq; generis est; primùm toto immutato eruca; deinde quæ bombyx appellatur, ex quo Necydalus invalidæ, quæ varia formarum successio in semestri temporis spacio completur. Ex hoc animalis genere Bombycia illa mulieres nonnullæ retorquendo in filum ducunt, dein texunt.

Si ergò Sericum apud *Seres* à bombyce elaboratur, &

Digitized by Google

fera nostra similiter bombycum exilis opificium, verisimile est Sericum & Serum non differre.

Ego autem respondeo verisimum quidem esse ex *Pausania* quòd σὴς vermem significet: At Scythas populos *Seres* propriè inde nuncupatos esse, nego. Non enim de his loquitur *Pausanias*, sed de aliis quibusdam Indiæ incolis qui *Seres* à σὴς dicti sunt eò quod vermes sericifices mirè apud ipsos abundent. Compertum namque est & Scythiam & Indiam alere *Seres* diversas tamen gentes & regionibus multum dissitas diversas, ut norunt ii qui Cosmographiæ periti sunt. Quemadmodum igitur *Seres* qui Indiam colunt ex propter abundantiam seriei quod à vermibus illic perficitur sic nuncupati sunt; ita illos qui Scythiam inhabitant hoc nomine quoq; salutatos fuisse certum est, non quidem à vermibus dictis, sed quod sericum non minus copiosum quam elegans apud ipsos inveniretur, ita ut ob mercium similitudinem eandem licet diversimodè ortam obtinuerint appellationem.

Hæc ratio facit similiter pro responsione ad id quod *Procopius* refert. Licet enim concedam animalculis sericifices quosdam esse: negaverim tamen Sericum ex Taprobana ac Scythia similiter à vermibus elaborari sicut in India, quod nemo probare poterit, cum absque omni animalcolorum dictorum industria, sed solius naturæ instinctu ex arboribus producatur.

Insania quæ ex *Paluerano* & *Ambrosio* dicta est, falsa facilè videtur, si diligenter eorum recitata percipiatur, quæ talis non est, ut existimarint Sericum in Scythia eodem modo fieri sicut apud nos Serum à bombycibus conficit, quia id animalculum cujus mentionem fa-

faciunt boni illi Viri ex toto differt à bombycibus nostris tùm ratione generationis tùm nutritionis, cùm illi furfur pro nutrimento sit, hi verò frondibus Mori gaudeant: Sed verisimile est in frondibus arborum in Scythia conspici interdum animalcula quædam cornuta pedibus bifurcatis, quibus ad extremos ramulos ascendunt ad abradendum sericum, quod unguibus suis decerpentia in folliculum tanquam nidum carminant, quo corpus undiquaque obvolvunt, & sic viva deprehensa furfure in ollis eousque nutriuntur donec emarcescant: Et tunc quidem deprompta ab ipsis Serico ad frondes arborum remittuntur, ut priori modo sericeam lanuginem corradant; ita quidem ut nequaquã ex propria sua humiditate & saliva quemadmodum bombyces sericum conficiant, sed serici per se jam in foliis arborum succreti saltem collectores existant, sicut expresè fatetur *Plinius lib. 11. cap. 23.* hunc in modum scribens:

Fieri primò papiliones parvos nudosq;, mox frigorum impatientia villis inhorrescere, & adversùm hyemem tunicas sibi instaurare densas; pedum asperitate radentes foliorum lanuginem in vellera. Hanc ab his cogi subigiq. unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine; postea apprehensam corpori involvi nido volubili: Tunc ab homine tolli, sicilibusq; vasis tepore & furfurum esca nutriri.

Quæ quidem animalculorum descriptio nullo modo bombycibus nostris competit. Concludendum ergò cum *Brassavolo*:

Sericum propriè dictum verè lanuginem esse supra arborum folia concrescentem: Setam verò minimè,

sed

sed esse recrementum siccum bombycis imperfecti animalculi, inodorum, aranearum telis cognatum. Vel sanè dicendum *Sericum esse duplex: Byssinum* seu *Arboreum*, aliàs absolutè & verè *Sericum* dictum, quod ex arbore *populo* haudquàquam dissimili foliis vero *Salicis* nascitur, quæ non solum frondes, sed lanam quoq; tenuissimam profert, quam vel ipsi *Seres* Scythiæ Asiaticæ populi artis nendi peritissimi depectunt, vel ab animalculis, quæ eam pedum asperitate decerpsêre, colligentes in fila exilia ducunt: Aliud verò *Bombycinum*, quod à Bombycibus primò in *cucullos* seu *folliculos*, in quibus se recondunt, conficitur; dein artificum operâ per rhombum in tenuissima stamina ducitur, indeque *Seta* appellatur.

Nunc porrò sciendum, *Sericum* propriè dictum duplex esse: Unum quod à *Seribus* ex arborum foliis collectum, ita planè ad usus necessarios asservatum fuit: Alterum, quod deinceps coctum & diversis coloribus infectum ad Syndones pro faciendis vestibus inserviret. Illud quidem Veteres, dum Sericum præscriberent, cognomento *Crudum* appellârunt, eò quod per se tale ex arboribus collectum nec ulla alia præparatione aut coctione perfectum esset, ut nempè hac ratione excluderent hoc Sericum quod cum alumine & aliis rebus decoctum ac coloribus infectum minus salutare judicarent, ut ad ejusmodi Confectiones medicas intra corpus assumendas, præscriberent. Ex hac ergò demonstratione clarum fit Antiquos per crudum intellexisse illud Sericum, quod ex arboribus crudè desumptum erat. Nec verò quispiam ostendere poterit nomen *crudum* Setæ aut serico quod bombyces conficiunt unquam attributum fuisse, ni forsan eo

respectu

respectu quo Setam crudam appellare licet relatione, quadam ad eam, quæ tosta est & torrefacta, qualis passim pro *confectione Liberante*, *Diamoschotam dulci quàm amaro* adhiberi solet. Aliàs v. absurdum foret, si quis Setam cognomine crudam dicere vellet, cum impossibile sit quavis etiã humana industria & sagacitate excogitare artificiũ quo seta è folliculis bombycinis crudè duci posset, nisi priùs ex aqua fervente ebulliret ac indè in fila duceretur. Quicunque igitur sericum nostrum seu potius Setam crudam appellaret, in eundem errorem incideret, in quem ille, qui panem poscceret crudum, hoc est, qui ignis vi in furno nunquam coctus esset.

Ex his dictis similiter colligere licet quàm graviter errent illi, qui pro Serico crudo, seu ut vulgares loquuntur, pro Seta cruda, si eam ita vocitare licet, *folliculos bombycinos* accipiendos censent. Licet enim hodie *Serico* propriè sic dicto ceu *byssino* & *arboreo* destituamur, aut licet fortè apud Indos reperiatur, ad nos tamen minimè deferatur; nihilominus ejus loco nil rectiùs ac digniùs subrogandum censemus quàm ipsam Setam purissimam è cucullis aut folliculis bombycinis per rhombum in stamina ductam. Absint ergò ipsi *Cuculli* aut *folliculi*, qui tanquam membranulæ siccissimæ ac compactissimæ nec-non ad infusionem seu macerationem ineptissimæ, utpote crassiore & minùs ad usus medicos utili *Philosela* portione aliisque excrementis scatentes, pro præsenti intentione inutiles censeri debent. At objicis, Setam dum in fila ducitur ex aqua fervida à semiputridis vermibus contagium acquirere? Dico è contra folliculos majori malignitate infectos esse adeoque rejiciendos, utpotè in quibus bom-

Digitized by Google

bombyces emoriuntur, unde fit, ut plerunque cuculli illi odore sint ingrato, utpote in quos animalcula ista sat fœtida sua excrementa tanquam maculas & inquinamenta deponunt. Tantum ergò abest ut Seta quæ in forma tenuissimorum staminum ex aqua, in qua folliculi ebulliunt, in fila redigitur, contagium aut inquinamentum patiatur, quin potius hoc modo ab excrementis & *Filoselæ* portione repurgata cunctas impuritates in aquam deponat & odore deinceps satis congruo constet.

Quid verò dicent ii Pharmacopæi qui folliculos pro Seta substituunt, si ipsis demonstravero, quod hac ratione Confectionem Alkermes viribus suis, quas ex Seta haurire deberet, defraudent. Nam sic profectò semilibram saltem Setæ infundunt; quoniam libra una folliculorum mediam saltem setæ libram continet, reliqua verò medietas inutilis est & textoribus saltem inservit, qui eam *Filoselam* appellant. Et licet Pharmacopæi in Hispania, præsertim *Barcelonenses*, inquinamentum folliculorum sic evitare opinentur, quòd iisdem reclusis bombyces vivos auferant: in eundem tamen cum aliis errorem incurrunt, quòd magnam Filoselæ partem inutilem unà cum Setæ portione utili infundant, & sic Serici quantitatem debitam non adhibeant. Accipio ergò Setam illam ex aqua calente, per rhombum in fila tenuissima artificiosè ductam, aliis folliculos inutiles relinquens.

Sed de quantitate Setæ nunc concertandum. Præcipit quidem Descriptio libram integram: quæritur tamen an citrà errorem hæc quantitas imminui queat? Certè si Mesuæi verba & mentem diligenter rumineminus, videntur sanè sufficere unciæ quatuor.

Digitized by Google

Præcipit enim Mesues ut setæ succo Kermes recenter tinctæ circiter libram sumamus. In hujus certè tinctura non minus quam octo uncię succi adhęrere ut notat *Brassavolus*, quodque æquus nobis comperiamur esse. Hæc rite consideratis, si hodiernæ nostræ methodo tantum facere vellemus, dum nempe succum granorum Kermes & Setam separatim accipimus, quatuor profectò Serici uncię sufficere videntur, cum idipsum pondus Mesuen dum hanc parauit medicinam observasse certissimum sit. Nam accipere quatuor uncias Setæ puræ per se, & octo uncias Succi Kermetini per se, idem est, ac eadem succi tanta quantitate quatuor Setæ uncias tingere & posse per macerationem eundem succum elicere. Frustra enim fit per plura quod potest fieri per pauciora. Adde quod impossibile sit integram setæ libram commodè in tribus tantum liquoris libris infundere; cum major proportio sit materiæ quàm humoris: Unde fit ut dum hanc paramus infusionem humoris quantitatem duplo augere cogamur, ni si omnem humiditatem à mole ipsius Setæ penitus absorberi velimus. Quapropter vobis consulendum videor, hanc ponderis diminutionem haud inmeritò admitti posse, quam quidem meam hac de re conceptam opinionem hic indicasse sat esse, eandemve rò effectu complere nondum penitus placet. Sitque igitur duodecim Setæ uncias, quas pro rigore ordinationis à Professoribus nostris præscriptæ in aqua rosarum & succo pomorum dulcium per diem ac noctem infusas modicè ebullire permitto.

APPEN-

Falsè hactenus creditum est Sericum sive Setaceum vitulum & cor insigniter reficere: quia cum ejusmodi infectis meffiæ recrementum sit vere nobilissimum? Cocci quidem tinctum vires quasdam præmit exiguas, sed eas ab infectione Kermes mutuatas. Quod si cui dubium per se tamen ineffe credatur, ea sequens ac ante tinctorum rectè à Pharmacopœa Monspeliensibus electum in aquas rosarum & succo pomorum dulcium infusa, non ut succo granorum Kermes. Et licet Mesues aliter flatuerit ab eo examen, ut & à quopiam alio Autore discedere fas sit, dum nihil peccatur aut suspecta rei exercitio melius certiusq; perficitur. Unde Renodæus *annot. lib. 3. sect. 2. c. 1.* Magis, *inquit, assentior his qui sericum crudum nec infectum in aqua rosarum & succo pomorum macerant, & expressioni postea Kermes succum adjiciunt.*

Arridet porro valde opinio Carolani *de immutanda Serici quantitate. Cum enim vix tot pallæ distribui, quot illi antiquitus erant cerbali: eidem nullo compositionis detrimento minor ejus quantitas subrogari posset. Hinc prudenter in Antidotario Romano mensa tantum quatuor fere uncias recensentur.*

CAPUT QVARTUM.

De Succo granorum Kermes.

Hunc Sericum sic paramus: Accipio incerniculum seu setaceum novellum, cui certam portionem granorum Kermes recenter collectorum impono, eorumque pulpam ceu succum cum spatula lignea leniter comprimendo ritè trajicio, qui mellea crassitie eleganterq; rubens in patinam argenteam defluit.

De hocce Succo recipio libram, quam cum æquali pondere Sachari fini coquo in consistentiam Opiatæ, continuè ne adustionem sentiat movendo. Qui processus planè aliter se habet quàm is quem Mesues tradit, utpote qui setam succo Kermes recenter expressò priùs tinctam postea viginti-quatuor horis in succo pomorum & aqua rosacea macerandam ac leviter decoquendam & post expressionem cum Sacharo in Syrupi modum percoquendam præcipit. Videamus ergò quæ-nam methodus pro conficienda hac antidoto præferenda sit.

Fontanus Mesuen sequendum esse suadet in discursu suo quem de Confect. Alchermes edidit, fol. 7. sic inquiens:

Seta quæ succo de Kermes tincta est, hac sua imbibitione ipsius facultatem ad se allicit: Postquam verò resiccata ac siccatione istâ humiditas corruptibilis quam Kermes in se continet & ob quam ipse succus facilè acescit, deposita fuerit, fit ut succus hac ratione purificatus de virtute Setæ participans, eam omninò infusioni communicet.

Hunc sequens *Pharmacopæus quidam Avignionensis tractatu suo fol. 26. & 27.* conducibilius esse censet, ut seta succo Kermesino inficiatur, eò quòd inter ipsammet setam & dictum succum magna intercedat sympathia, ob quam (*ut ipse loquitur*) multùm symbolizantes in occulta quadam proprietate ad cordis robur & facultatis vitalis conservationem magnas virtutes habent. Hinc ergò colligit nos perperàm & succum Kermesinum & setam separatim accipere.

Verùm antequàm his argumentis satisfaciamus, necesse est, ut exploremus causam & rationem, quâ

ductus

ductus fuerit Mesues, ut setam in succo Kermesino tinctam potiùs eligeret, quàm succum recentem, quem nos adhibere solemus. Sciendum ergò est, postquam Mesues hanc suam Confectionem in minori quantitate multories componere sibi proposuerat, considerasse ipsum inprimis, quòd succus de Kermes diu solus & sine aliarum rerum admixtione in naturali sua pulchritudine ac bonitate conservari non posset, sed facilè corrumperetur & de colore florido in obscurum ac nigricantem transiret, nisi statim ubi pressu exceptus fuerit in usum adhiberetur: quo quidem tempore modus per Sacharum succos conservandi, quem nos jam observamus, non adeò cognitus fuit: Idcoque succum hunc serico excipiens pro usu postero sic conservare solitus est, ut hac ratione quovis tempore & loco sine impedimento hanc confectionem inde parare ac confícere posset.

Dico igitur contra *Fontanum*, illud quod in Succo Kermesino corruptibile est, tunc planè absumi, ubi cum Sacharo in Syrupum coquitur, ita ut siccatione illa per sericum opus non habeat, sed sic cum Sacharo percoctus in longum tempus integris viribus eleganter asservari queat. *Pharmacopæus* autem *Avignonensis* sciat, nullam omninò inter Setam & Succum Kermesinum intercedere sympathiam: Unde namque inter humidum & siccum, rubrum & flavum, amarum & insipidum, manaret tanta sympathia? Certè ob solam magnificentiam & puritatem (cui Arabes semper operam impendêre) Mesues prætulit setam, ut ejus adminiculo succum Kermesinum potius quàm aliâ quacunque re exciperet asservaretque. Nam si ob vim sympathicam ac proprietatem medicam Setam elegisset,

gisset; eam potiùs in Aqua rosarum & Succo pomorum dulcium non leviter (ut textus Mesuei habes) sed probè coquendam, aut saltem substantialiter ac in pulverem redactam intra corpus tumendum proponi posse. Certum ergò est Mesuen Setam solâ conservandi lucis gratiâ adhibuisse, quod ex *Rasisvalde* colligere licet, quando inquit:

Ego in Confectionibus quæ corroborare habent potius solam asservem quam reliquæ volucres.

Quid ergò opus est occultam aliquam ei proprietatem affingere?

Atqui instar verum *Pharmacopœus* ille *fol. 16.* Mesuen ideo setam tinctui adscribit, ut inhalem solummodò succi partem ipsa in se recipere, non vero reliquam succi crassiorem (frequentiam & terrestrem substantiam). Ego autem respondeo, Mesuen id non aliter quam cogitasse ut abjecta crassiore succi parte subtiliorem saltem ejus portionem sibi subire voluerit, cum certum sit setâ inter rotundum ejus tenorem quamcrassam succi partem attrahere, multoque magis quod in crassiore lucis sol flamma est, quam in mollia grana tinctoria præcipua ejus vis & virtus consistat, quam sanè in vomitu magis aqueâ ipsius parte soli haud reperies. Hinc male agere contendo eos Pharmacopœos qui præter subtilissimam granorum humiditatem & tenuiter elicientem eam crassiorem magis efficaci arte ad hanc Confectionem adhibent. Quamobrem docendi Professores nostri, quod tam pro tenuitate tùm pro granorum siccitate aquæ rosarum parum satis sit ad hanc granorum [illegible] veram hujus confectionis solutionem peragendam alia præcepta.

APPEN-

APPENDIX.

Monebi in antecess de genuin tinctorio Sericum Cremesino infectum accipiendum esse *exhortamur*, quod, *iniquum*. Pharmacopœi ejusmodi medicamenta componentes a tinctoribus emere possunt. *Hoc autem absurdum esse nemini est quare ne refelli oporteat. Sericum enim candidum & fulvum ingeniosa arte ligneis succis è Coccis baphicis recentissimis præsertim ex coccis excepto à Pharmacopœi, sola fuligine, alumine & aliaquæ tinctoris ab insectoribus permanentur, idq; ex Mesuæi præscripto. Prudentiùs autem agere videntur hodie Montpelienses, qui pro Serapio & aliis grossorum Kermes succo ruffa Sericum candidum seu fulvum per se accipiunt, idipsum, ut suprà dictum est, in aqua calcium & succo pomorum in tertiana, ac deinde expressum: facta scrupulosiori de genuina baphicæ adhibendæ: Hujusmodi enim nitor tam valde sit sophisticus, & fucatus esse nemini potest, scorsim ne citra tinctorum electum. Quapropter profundè agunt illi Pharmacopœi, quum Sericum a tinctoribus infectum pro parando bar. Confectione adhibent: eo quod illud Sericum cum alumine & aliis quæ tinctoria sunt ficta tinctum sit. Adde quod ad Serici in Europa hodie usitatum grana tinctoria vera & Coccus veterum, quam infecta quædam, quæ tinctorum plerumque adulterare solent, quæ sanè citra specierum peregrinarum in usum medicum haud haud venire queunt. Unde pereleganter Renodeus de mat. med. lib. 2. c. 56. Malim, ait, per se grana hæc coloris præscribere (nempe verum Kermes cocci expressum) quam eorum succum inficiendo serico frustrà impendere. Huc quadrat illud, quod Plantius in Fernel. scribit: Confectio Alchermes*

Digitized by Google

mes vir potest tuto è fenicu sanctincto, & ut vocant
Karmelino parari, quòd ut non sine
& [illegible] probari

CAPUT QVINTUM

De Sacharo

[illegible]

[illegible]

[illegible]

commodare, quibus torrentium vi propulsis canna
tundimur. Arulis circumeunt pervia eli, ibi man-
cipia ac cum eis quis mutua communia. Id porrò
quod iactat fulgore regnante exoptatum venit pue-
ris delectamentum, cupis ne pinguefcunt & mite-
scunt mandibulæ, ne carnes perdicum & caponum æmu-
lentur. Succus ecce qui pressu exceptus est coctione
deinceps ad calamos durus spissatur. Quo-
quidem per cauti nimis & vitio dum hunc inspexere
artifices, quod hic refolvi separarique quo exquisitum
Saccharum mitius albius ac pulverem aut grumos
crassiores redactum vulgo *Cassonade* nuncupa-
rent. Reliquum autem ad gummi albicans colligun-
retrogrio concretis, *Cassonade* alba cognominatur,
qua deinceps *Panes Sacchari* (*Pains Sucre*) in varias
formas fundunt hoc modo: Accipiunt Syrupum
ut Cassonade coquendi & bene coloratum, quem in
formas figulinas in fumo siccatas primum infun-
dunt; cui luteum è cretibus tudum proclivem
pergamenæ affixum, quod per quem serosum
evanescat. Tandem dispositis ad pedes locus in pane
cuiusque formæ deprimunt & protocis in-
quibus paratus [illegible]. Non Sac-
charum quod ex Madera insula, multo eleganti-
longè præferunt ei quod ex Madera, S. Jacobi quod
ex Canariis adferunt regione; quamvis hoc ipsum
longè præcedunt illi, quod ex Insula S. Thomæ
conficitur, utpote quod mille est & amplius cannidum.
Cæterum cognitionem sacchari antiquissimam esse,
patet è *Marci Varronis* verbis, qui scribit:

Ii Indica

Indica non magna nimis arbore crescit arundo,
Illius & lentus premitur radicibus humor,
Dulcia cui nequeant succo contendere mella.

Statius etiam *Papinius*, qui regnante Imperatore Nerva floruit, de Saccharo locutus videtur, dum ait:

Et quas præcoquit Hypasita cannas.

Strabonem quoque per mel, quod ex certis quibusdam cannis & radicibus trahi in India scribit Saccharum intellexisse, credibile est. Sic *Solinus*, ubi de India sermonem facit ex cannis succum inibi quendam, qui dulcore melli respondet, elici fatetur. *Avicennas* similiter ejusdem meminit sub Salis nomine his verbis:

Sal qui apportatur ex India, est in colore salis & in dulcedine mellis.

Illud tamen Saccharum alio modo nempe in formam lachrymularum pellucidarum curiosè conquisitarum collectum, ideoque à Latinis *Candidum* fuit appellatum, à candore naturali ac jucundo, à cujus similitudine postea artificium quoddam desumptum est, quo præsenti tempore *Saccharum candum conficere solemus.*

Nunc porrò de Sacchari quantitate debita concertandum. Certum quidem est Mesuen hujus saltem libram unam cum dimidia præscripsisse: Verùm per Professores nostros sex unciarum accessio facta est, rationibus quas mox dicturi sumus sic suadentibus, ubi prius ea, quæ contra hunc procedendi modum à *Fontano* allata sunt refutaverimus, qui cum suo Pharmacopæo propterea nostram Confectionem annihilare contendit, dum sic ait:

Duas

Duas Sacchari libras admittent ultra debitum pondus, quod à Mesue præscriptum est, dimidiam libram addentes, nulla sane ratione ducti, nisi quòd palato studentes Confectionem magis dulcem & minori precio vendibilem effuiant, interim efficaciam ejus minuentes.

Dico autem primam rationem contra nos non esse. Equidem libenter confiteor ob gustus gratiam adauctam fuisse Sacchari quantitatem. Cùm enim Confectio illa quam olim Mesue paraverat valdè amara esset ingratique saporis, qualis quidem Africanis & Mauris tanquam barbaris gentibus erat acceptus; Nos tamen quibus palatum est delicatius non absque insigni nausea & horrore ista Confectione tanquam minùs jucundo sapore præditâ usi fuissemus. Cum igitur Confectio hæc à gente illa barbara ad nos translata sit, haud immeritò videntur Professores nostri pro meliore saporis gratia Sachari quantitatem dimidiâ librâ auxisse, vel hac potissimum ratione persuasi, tùm quòd hanc Confectionem plerunque delicatulis & quorum vires debilitatæ sunt, præscribendam censerent, tùm etiam ut hoc Electuarium perfectiorem acquireret formam, tum denique ut ad longum tempus sine corruptione asservari posset.

APPENDIX.

Tantum abest ut per Sacchari dictam additionem efficacia hujus confectionis imminuatur, quin potiùs quantum hujus aucta quantitate de virtute Confectionis decedat, tantum per Moschi, ultra præscriptum à Mesue pondus additionẽ augeatur ac restituatur. Cæterùm refertur à Mesue Confectio Alchermes inter Electuaria gustatu jucunda, & quoniam ferè in principio eorundem ponitur, meritò Sac-

charum ad majorem gratiam additur, inprimis quia in castigata descriptione recens granorum succus amaritudine ingratus adhibetur.

CAPUT SEXTUM.

De Ambaro.

APud omnes ferè in confesso est Ambarum esse liquorem quendam in Mari genitum, viscidum, & in glebas glomeratum. Nihilominùs tamen multæ eæque diversæ sunt circa ortum ejus opiniones. Quidam enim Ambarum fungi marini speciem agitatione Maris è fundo projectam esse censent: Unde *Serapio de simpl. cap. 106.* sic loquitur:

Ambarum in mari nascitur, & generatur in speciem fungorum, qui generantur in terra: Et quando Mare turbatur, ejicit à fundo ejus lapides magnos & cum eis ejicit fustra Ambræ.

Ab aliis relatum est, Ambarum nil aliud esse quàm *Sperma Balenæ piscis*, quod è genitalibus maris eo tempore exstillat, quando rem cum femella habere cupit; quodque deinde ab aqua condensatum sedulò colligitur. *Ampar* enim linguâ barbarâ *Balenam* significat. Sic *Karabe* etiam *Ambarum* fuit appellatum, eò quod à Balenis rejectum creditum fuerit, sicut Ambarum hoc odoriferum, quod griseum cognominamus. Propterea narrat *Manardus* suo tempore Balenam circa Canarias Insulas captam, in qua plus quàm centum Ambari libras repertas asserit. *Fuchsius* Ambarum nil aliud esse censet quam factitium quidpiam è musco, cibetta, ligno aloës, benzoino & ladano à barbaris artificiosè cooptatum. *Garcias ab Horto* quandam odo-

Digitized by Google

odoratæ terræ speciem esse annuere videtur *lib. 1. c. 1.* his verbis:

Cæterùm hæc mea est opinio, veluti pro regionum natura terra interdum rubra est, ut Bolus Armenus, interdum candida, ut Creta, nonnunquam nigricans: sic verisimile est, aut Insulas aut terras similis cũ Ambaro formæ inveniri, quod terra est fungosa aut alterius generis. Ideò affirmarunt nonnulli se Insulam ex puro Ambaro vidisse.

Alii tandem Ambarum stercus esse putant magnarum avium, quæ in *Palanduris Insulis* juxta longitudinem Archipelagi positis ad scopulos id deponere solent, quod postea ab aëre & Sole excoctum, tandem procellarum vi Marisque alluvionibus è scopulis ad littora propellitur, vel à Balenis exceptum deglutitur. Quæ quidem opinio cæteris probabilior videtur, quòd ex aliis animalibus Moschum & Zibettam tanquam excrementum fragrantissimum projici animadvertamus.

Verùm omnes hæ opiniones haud admittendæ videntur. Primò enim absurdum foret credere Ambarum more fungorum nasci, cùm magna sit inter hæc duo substantiæ disparitas: quis enim fungos oleaginosos dixerit aut igne liquabiles, quemadmodum in Ambaro videre est. Nec verò Ambarum Balenæ aut Ceti semen putandum est, cùm hoc sit non griseum, sed albicans ac molle, pingue instar sævi, squammosum ac fœtido odore ingratum, quod in superficie Maris hærens navigatores colligunt, ut eleganter narrat in historia quam de piscibus scripsit *Rondeletius*. Licet etiam *Manardus* annotaverit, Ambarum in ventre Balenæ repertum fuisse, dico tamen hoc contigisse,

quòd ipsa forsan in mediis fluctibus illud devorarit, uti ex Autoris relatione colligere licet, dum ait:

Postea tamen infinitas Balenas cum suis catulis interfecerunt, sed nihil Ambari in eis inventum est.

Cæterùm absit, quòd *Fuchsius* censet, Ambarum nostrum esse factitium quicquam, quoniam verum Ambarum arte aliqua conficere sanè impossibile est, licet adulterinum quoddam effingere adeò difficile non sit. Forsan & *Garcias* deceptus fuit, quod tàm facilè crederet illis qui Insulam de puro Ambaro se vidisse, falsò affirmarunt, quam tamen postea, cum eandem inquirerent, nusquam comparuisse ipse fatetur loco antea citato. Nec denique credendum Ambarum esse stercus avium quarundam. Nam si tales in rerum natura verè existerent, earum mentionem haud omisisset diligentissimus *Aristoteles*, nec sanè tantilla earum excrementa pro Ambari usu, qui per totum mundum adeò frequens est, sufficere possent. Quapropter cùm Ambarum nil horum esse constet, dicendum potiùs quod sit Bituminis quoddam genus liquidum, pingue ac viscosum, ex certis quibusdam scopulorum rimis multis in locis exstillans, quod aquarum frigore & fluctuum continua agitatione paulatim in varias formas condensatum & pro appositione occurrentis novæ materiei in complures compactum & procellarum vi in littus eructatum est. Hoc porrò bitumen variis coloribus præditum est, quorum diversitas non aliundè quam ab ætate dependet. Recens enim flavum quodammodo & obscurè virescentem habet colorem; antiquum verò griseo colore fulget ac tandem albescit; quod quia tunc exoletum ac nullum ferè odorem spirat, ideò negligi solet. Griseum verò, ut-

Digitized by Google

etiam Ambari quantitatem ferre possunt, in potestatem rum calor naturalis propter climatis feruorem mul- tum è corpore dissipatur ac deperditum. Nonnulli pauidum liberalitatis animum fieri solitum, ingenia- pericula metuere, vellicatim, ac quid saporis sua crabis ac copiosis expensis rerebrum ne modestiæ, ac communes capitis dolores nostra vera offerat. Quod Mesue dixit [illegible] quando vultum ordinem dixit. Nec hoc [illegible], quod prius quotidie devorato Ambaro benignum liberamur, vel [illegible] hominum sequentibus versus:

Et post prandium pondus Ambare crudum
Digerit, & sanum [illegible]

In his quoque versibus

Ergo post epulas ne tempora perdere somno
Et Cyathos [illegible] post pocula sumere fortes
Ne [illegible] post [illegible] Ambra [illegible]
Ne [illegible] quod nimium dormire nocet.

Nunc ad præsentem Ambare tractatum [illegible], Cum [illegible] Ambra [illegible] Ambaro [illegible] Ambaro [illegible] [illegible] rapolevgant. Alij [illegible] Confectionis [illegible] illi [illegible] in [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible]

quòd viscositate sua diutiùs stomacho hæreat, undedolor & mala digestio ventriculum afficiunt: tum quòd hac ratione vim suam ad cor penetrandi illudque exhilarandi ac spiritus augendi fere omnia, quæ damna plane evitantur: dùm integra ejus substantia in Syrupi consistentiam transfunditur, cumque ubi rectè coquitur ac pulcra corpus effumpetum faciat, corde digestioni ad cor hausto penetrandi usque adeò spirituum materiam præbet mundiore hoc quamdilucidam facultatem quidem non efficit & recreat. Merito igitur hic in parte Medici loquendum esse censeo, qui Ambarii in Syrupo Kermesino ingredientis pulvis, ne hac eatenus nova ejus viscositas vomendo diu adhærens corrigeretur, aliunque penetrationi ad cor facilitaretur.

Pondus hujus ergo & operis ratio est Ambarum.

At quomodo *Ambra operis ratio sit?* Quæ quidem Pharmacopœorum *Ambra* [illegible] *Ambra* [illegible] *Ambra* [illegible]

gè hi omnes sæpe aberrant; ad quem uti certi re-
&c collimare, observabunt ex Motus periodo
Ambrosium circulum esse inscribendum &c posse explicandum.

Quamobrem ego pro more meo Ambrosium ex-
tra ordinem vel hoc negotium accommodato arcano
pro conficiam ut syrupi Kermesini hujusmodi
Tundere solet, Instrumentum vel calidum ex cella ex-
traho, aut ejus ope detecta ut germina ex Ambrosio
seu experientia e illis hoc ut ab omnibus docuit, ex-
jus propere ego me Magistrâ profiteri non erubesco.

APPENDIX.

[illegible]

CAPUT SEPTIMUM

[illegible]

S Ambrosii [illegible]
[illegible]
[illegible]
[

nis autem in fol. in Synod. Magedaburg. celebrandæ exhortatorium decretum habuit, quod ad calcem corporis hujus præparantes & excudendi facilitabit curavit. Citatum merito, quia valdè utilissimum continet, & cujus exemplaria valdè notandum venit, ut ad illigantes, quod gustu ecclesiarum; quin potius aliquid dulcedinis [illegible] pro ut fert [illegible], quod ideò [illegible] Sanctissimum à nostro cognoscendum solet.

APPENDIX.

*Nunc hanc Constitutionem admodum Sanctæ memoriæ Patris, quam Legis Alcos, quod Melius pe effugit) [illegible] quod [illegible] & præcedentis mundi [illegible] Sequi Sacra Legum [illegible] [illegible] Alcos Cardinalis Cæsarea [illegible] Sanctissimi Patris Gregorii [illegible] Cæsar Cæsar, [illegible] Sanctissimi Patris Legis Alcos Cæsar [illegible]

CAPUT OCTAVUM.

De Cinamomo.

HUjus historiam hoc loco non attingam, eò quòd sufficienter eam in demonstrationibus nostris de natura simplicium quæ Theriacam constituunt, declaraverim. Quæ itaque alibi prolixè à me enarrata sunt, hoc loco eorum repetitione Auditori benevolo nauseam creare nolo.

APPENDIX.

Licet doctissimus Sylvius Mesuen Darseni nomine Cinamomum crassum intellexisse opinetur; quia tamen hoc minùs efficax est, ideò potiùs Canellam subtilem, dulcem & aromaticam accipiendam censeo, quam ipsum Averrhoën 5. colliget. *Darseni nomine indigitasse clarum est.*

CAPUT NONUM.

De Lapide Lazuli.

LApidem quem Arabes *Lazulum* appellant, eundem Græci *Cyaneum*, Latini *Cæruleum Stellatumq.* nominant. *Mesues* hunc Marmoris, *Plinius* Jaspidis speciem esse contendunt, qui quadruplici constat diversitate;

Primus cæruleus est, omnis aliarum rerum admixtionis expers.

Alter plurimas venulas & particulas marmoris albi admixtas repræsentat.

Tertius permultis Marcasitæ refertus est portiunculis, quæ aurum æmulantur.

Quartus maculas quasdam verè aureas stellularum modo radiantes habet, quem ideò *Plinius* Stellatum, aut *Saphyrum aureis punctis collucentem nominat*, qui inter

ter cæteros propterea adſpectu jucundiſſimus eſt. Omnes hi lapides è metallifodinis propriis ſuis mineris juncti eruuntur.

Cæterùm de lapide cæruleo arenoſo Antiquorum hic nobis ſermo non eſt, utpote qui à recenſitis longè differens eſt. Nam referente *Plinio lib. 33. cap. ultim.*

Cæruleum eſt arena, cujus tria fuerunt genera antiquitùs; Ægyptium quod maximè approbatur, Scythicum & Cyprum.

De quo etiam *Dioſcorides* mentionem facit *lib. 5. cap. 66.* dum ait:

Cærulei origo in arariis metallis eſt, in Cypro copioſè ex arena littorali.

Nec etiam de illo Lapide Stellato hic tractatio nobis inſtituitur, quem *Aſtroitem* ſeu *Stellarem* appellant plurimis maculis griſeis inſignitum, quemque aceto in tabulam effuſo impoſitum ſponte commoveri ajunt.

Quapropter his neglectis, reliquisq; prioribus Cyanei ſpeciebus relictis, loquamur nunc ſaltem de quarta ſpecie Cyanei lapidis, qui ab omni antiquitate præſtantiſſimus inter cæteros fuit habitus, quem punctis verè aureis conſtare jam jam aſſeruimus; & cui præclaras dotes attribuit *Meſues lib. 2. de Purg. cap. 14.* ſic inquiens:

Melior cujus color viridior (ſaturatior) *eſt in colore Lazuli, & habet maculas aureas: mixtus verò cum Marchaſita non eſt bonus, & non maculatus eſt pravus, ſimiliter & levis.*

Vel ut alii correctiùs legunt:

Lapis Cyaneus marmoris ſpecies, vulgò & ſtellatus

dumne, quid malo? quidnam sacrae literae
modos edunt? libros palam ex professo
dente, parergos, [illegible] probatos; ne
dum, maculae notae, Mariolatria, ac
maculeum, aureum, [illegible]

Ita quidem ut omnes Lapides Cynici qui
aures dentium [illegible]
ac medicina [illegible]

Obtundere omnes ait Celsus *dentes*
nare ne parce, præcipue cui, nisi hyeme
gnis, [illegible] parce medicis.

Hujus notæ haud ignarus Martin Luth
procul Cynici secedens ait

Sunt in hac natura [illegible]
Cum pecoribus [illegible]
[illegible]
[illegible]

Veruntamen Lapis Lazuli Arabicus, quem
Lazur ultramarine nuncupant, cujus apud
herbarios electissimus, ac utilissimus medicus
veneratur, cum pro eundem tribuere
pectoris [illegible]
dentium [illegible]
& adulti medicis [illegible]
speciebus malignis parari [illegible]
ficant [illegible]
elegantes dotes [illegible]

Ex lapide Lazuli [illegible]
[illegible]
sed ex [illegible]

Ex his laudatorum [illegible]
ochreo puncto [illegible]

dum

dum, tanquam maximè idoneum & dignum, qui huic noſtræ addatur Confectioni. Verùm difficilè foret ſcintillas aureas veras à falſis quæ etiam in Marcaſita micant diſtinguere, niſi doctiſſimus *Fallopius* modum docuiſſet *lib. de foſſilib. cap. 33.* ſic ſcribens:

Scintillas autem aureas ab aliis dignoſcetis: quia ſi ponitis in ignem Lapidem Lazuli, in quo ſunt ſcintillæ aureæ, & mox refrigerari permittitis, videbitis ſcintillas illas redditas pulchriores & magis ardentes, quod non fit in aliis.

Quæ cum ita planè ſe habeant, incumbere nobis jure, meritò videtur, officiíque noſtri ratio exigit, ut genuinum ac verum hunc lapidem, neglectis omnibus reliquis ipſius ſpeciebus, ex quacunq; etiam terrarum parte recipere ac conquirere, debiteque præparatum Confectioni huic admiſcere valeamus. Mihi quidem hac in re diligentiſſimo hactenus impoſſibile fuit videre vel portiunculam aliquam iſtius lapidis, qui ſcintillas ſuas aureas, dum ignis vim perſentiret, non amiſiſſet; tantùm abeſt ut habeamus eum qui igni in tantùm reſiſtere poſſit, ut refrigeratus micas ſuas aureas deinceps pulchriores ac magis ardentes acquirat; licet ex variis Mundi plagis magno ſumptu eum conquiſierim, inprimis Germania, Hiſpania & Italia multa hujus lapidis fragmenta mihi ſuppeditarint, quæ profectò omnia de Marchaſita participarunt, non minùs quàm ille Cyaneus Lapis. qui quantumvis elegans apud nos juxta *Viganum* è fonte quodam eruitur.

Hinc liberè concludere haud vereor, vero ac genuino Lazuli lapide verè-aureis ſcintillulis collucente nos omnes hoc tempore planè deſtitui, non minùs ac vero Balſamo Judaico, quin & Cinnamomo aliiſq;

Digitized by Google

aliisq; plurimis simplicibus, quorum usus & cognitio erat penes antiquos: quamquam gloriosè doctissimus *Fontanus*, qui lapidem Scaruffale à puluere auro micantem leuidisse scribit, monstrauerit, & Alchymistæ quidam magni nominis, qui meliorem cœruleo quo utimur, hoc lapide artificio quodam perelegantiorem posse. Atqui mirum videatur eli Doctori Medico quantæ Alchymistarum Scholam detrudere, eorumq; incertis documentis inanibusq; ineptijs fidem adhibere: utpote qui summa studiorum auri aurum non tantum ex hoc lapide, sed ex omnibus rebus elicere se posse sibi persuasum habent. Nulli tamen hi nugatores ex nostro lapide Lazulo, quo locuti, ob genuinæ penuriam, cui cognitio eorum cœpem, aliorum hac ratione, quod eundem plerisque ars Pharmacopœi ignorant, quæ lapidis hujus in pulueris formam quam perfectissimè elicit, illa Spagyricorum, quorum conceptiones in medio bullas iactare solemus.

Patrocinique & firmæ fidei eum esse, nos vero Lapidem Lazuli qui humillimi pretij in auro conficiendo, lubens contemplatus lapides cæruleos, qui hodie in cognitionem hominum venire possunt, malachites scilicet, hoc est, Molochites plurimis puncticulis refertos, qui aurum quidem primo aspectu simulantur, verum nisi igni vim subierint, quod lectorem genio non relinquimus.

Quid verò statuendum de quantitate, qua Lapis Lazuli Confectionem ingredi debet? Dioscorides sanctè genuinum hunc lapidem habere, non potuisse duodecim drachmarum commode recens pulueris præparationem reperire, ita ut [illegible]

At cum eo, ut sæpè jam demonstratum est, destituamur, quid-nam subrogandum quæso? Nil profectò est, quod ejus locum supplere dignius queat, quàm tertia lapidis Cyanei species, quæ ut supra diximus marcasitæ plurimis scintillis instar stellularum aurearum micat. Licet enim maligna ejus vis suspecta plurimùm sit ob marcasitę mixturam; compertum tamen est omnem ipsius noxiam qualitatem per calcinationem quodammodo corrigi, hac simul cautela non neglecta, ut quantum ipsius malignitatis reliquiæ nobis suspectæ sint, in tantum quantitatem ejusdem moderemur. Quapropter sapienter à Professoribus nostris statutum est, ut lapidis hujus debito modo præparati duas solummodò drachmas in hanc Confectionem admitterent.

Cæterùm ut rectè præparetur hic lapis, primùm in fragmenta comminutus in crucibulo, cui operculum multis foraminibus pervium impositum est, igne forti circumpositò eousque uritur, donec excandescat, postea in aqua communi extinguitur. Hæc verò ustio & extinctio quartùm repetenda est. His factis restat ut ter quaterve in aqua simplici probè abluatur, tandemq; cum aqua rosarum in tabula marmorea lævigatus in trochiscul os exsiccetur, qui sic pro usu ad hanc Confectionem asservari solent.

APPENDIX.

Verus Lazuli lapis opacus est, Saphyri colore aut floris Cyani, aureis punctis exornatus. Ejus duo sunt genera: Nam vel fixus est in igne, vel non fixus. Fixus dicitur, qui non mutat colorem in igne & qui aurea puncta retinet, quig, non fixo multò præstantior ac ex Oriente de-

Digitized by Google

fertur in aurifodinis repertus colore cæruleo, auro saturato nitens; sed rara avis in Pharmacopoliis. Hujus itaq; loco non-fixus substituitur ac Occidentalis, qui licet ob Marcasitæ admixtas plurimas ac perpetuas particulas maliguior sit, ustione tamen & lotione purgandi ac nocendi vim facilè deponit. Hic etiam ingreditur Pilulas de Lapide Lazuli in Pharmacopoliis usitatas, verùm alio modo, scilicet crudus, ut remaneat dejectoria facultas.

CAPUT DECIMUM.

De Margaritis seu Perlis.

HÆ ex certis quibusdam marinis Ostreorum valdè similibus sumuntur Conchis, quas veteres barbarè *Berberos*, recentiores autem Indica voce *Cheripo* vel *Chanquo* nuncupant. Hodiè Latinis *Conchæ Margaritiferæ*, Gallis *Nacre de Perles* dicuntur. Margaritæ autem à candore sic nuncupatæ sunt; quod nomen in genere omnibus Perlis competit. Unionis autem & Perlæ nomina specifica sunt, illis saltem competentia, quæ peculiari quadam forma à reliquis discrepant. Unio enim ea margarita est, quæ tanquam unica reliquas magnitudine antecellit, in quem censum venit illa, quam *Cleopatra* Ægypti Regina Marci Antonii Amasia habuisse dicitur. Perlæ autem vocantur Margaritæ, quæ pyrulorum instar turbinatæ sunt. At quoniam hodie harum nomina inter se confunduntur; ideoque nos de ipsis parùm solliciti, ea potiùs quæ de earum generatione apud Autores controversa sunt explanemus. Quidam enim Margaritas nihil aliud quam eorum piscium, qui in Conchis seu Matribus Perlarum reperiuntur, ossa esse arbitrati sunt, velut *Athe-*

neus

Digitized by Google

neus perſuaſus à Charo Mytileno *Dipneſoph. lib. 3. cap. 8.* ubi ſic ſcriptum legitur:

Quiddam Oſtreo ſimillimum capitur, quod magnum eſt & oblongum, ex quo alba oſſa evellentes, margaritas poſtea appellant.

Alii Margaritas ſemen concharum dixêre, earumque progeniem & veluti ova, ex quibus alias conchas oriri exiſtimarunt, referente *Plinio lib. 9. cap. 35.* ubi ſic inquit:

Has ubi genitalis anni ſtimulaverit hora, pandentes ſeſe quadam oſcitatione impleri roſcido conceptu tradunt, gravidas poſtea eniti, partumq; concharum eſſe margaritas pro qualitate roris accepti.

Hæ autem opiniones facilè corruunt. Nam ſi Margaritæ Oſtreorum ſeu concharum forent oſſa, ſequeretur ſemper eundem in conchis ſuis tanquam partium ad corporis ſtabilimentum neceſſariarum repertum iri numerum: At tantùm abeſt ut perlarum in conchis certus inveniatur numerus, quin potiùs iis ſæpiſſimè penitùs deſtituantur: Unde palàm fit margaritas Oſtreorum nequaquam oſſa exiſtere. Deinde cùm oſſium ſubſtantia dura ac ſolida ſit, margaritæ autem in conchis ſuo hoſpitè vivo præditis molles ac teneræ ſint, quis eſt, qui recta ratione eas in oſſium cenſum recipere audeat?

Fabuloſum porrò eſt margaritas Concharum eſſe ſemina aut ova, vel hoc argumento, quòd ea quæ ex Teſtaceorum genere ſunt, ſpeciem per ſemen non propagent, docente *Ariſtotele de hiſt. animal. lib. 5. cap. 15.* ubi ſic ſcribit:

Teſtacea omnia ſponte naturæ in limo diverſa pro differentia limi oriuntur: nam in cæno ſo oſtrea, in arenoſo conchæ &c.

Dicamus ergò potiùs margaritas esse ex genere glandularum, quales sunt quæ in carne porcina conspici solent, quales etiam in quovis homine sub lingua digitorum tactu manifestè deprehendi solent; quæ sicut ex materia crassa, viscida & deficcata pituita generantur & causam efficientem habent facultatem assimilatricem debilitatam, ita ab eadem materia & causa operatrice margaritas fieri verisimile est, hoc solo discrimine observato, puriorem & clariorem multò esse humorem nullisq; inquinamentis contaminatum, ex quo Perlæ tanquam nutrimento superfluo protuberant.

Cæterùm elegantissimas Margaritas in Oceano reperiri *Plinius* refert. Sic & *Garcias* in Insulis Orientalibus à Promontorio *Comorin* usque ad Insulam *Zeilan*, quæ ad ditionem Regis Portugalensis pertinet, eas reperiri scribit. Plurimas etiam in Indiis Occidentalibus colligi testatur *Ioſ. à Coſta. Britannia* quoque olim celebris fuit ob Margaritarum proventum, ita ut *Suetonius Cæsarem* Britanniam petiisse solâ margaritarum cupidine diligenter annotarit. Verùm desiit inibi nunc earum investigatio tùm ob raritatem, tùm ob livorem & parvitatem. Constat etiam ex *Olao Magno lib. 21. cap. ult.* Daniam, Nortvegiam & Suediam margaritarum feraces esse, quæ licet magnâ copiâ proveniant & magnitudinem conspicuam habeant, eas tamen vix dignas censent Hispani ut perforentur, quibus proinde *Marcelinus lib. 33. in fine*, parvam laudem tribuit.

Notatu dignum est referente *Paulo de Venet. lib. 3. cap. 2.* in *Zipangro* rubras conspici margaritas, quæ sicut formæ elegantia reliquas superant, ita magno etiam precio vendi solent.

Sunt

Sunt & plurima alia loca, quibus margaritarum piscatio adscribitur; quæ tamen non uno eodemque modo nec tempore, sed pro ut regionum temperies exigit in Aprili, Septembri vel Octobri institui solet. Piscatio autem illa magno precio Mercatoribus conceditur, qui operâ *Urinatorum* Margaritas è profundo Maris recipere solent. At periclitantur non rarò hi Margaritarum Venatores, ut *Athenæus lib. 3. cap. 8.* recenset, ubi directè in apertam concham manus protendunt, quia tunc concha clauditur & digiti Urinatorum sæpè abscinduntur. Qui verò obliquè manum in concham protendere didicerunt, facilius & citra hoc periculum illam à lapidibus divellunt.

Multitudine igitur concharum conquisitâ, solent eas ollis figulinis imponere saleque conspergere, ut earum caro quæ intus latet consumatur, sicque fit ut Margaritæ quæ in carnositate erant absconditæ, nunc verò separatæ, facilè conchis decedant, licet interdum propter firmam adhæsionem limâ eas abradere necesse sit, teste *Rondeletio*. A conchis autem & carne liberæ mox indurescunt, ac ubi per incrementum distinctis foraminibus præditum ab invicem segregatæ fuerint, earum tunc æstimatio ratione foraminum per quæ transiêre institui solet. Aliàs quoque precium earundem ex granditie & elegantia investigari solet, ita quidem ut quæ reliquas omnes magnitudine superant maximo precio æstimentur; qualis erat illa unio, quam *Cleopatram* habuisse *Plutarchus* enarrat: Et relatum nobis est per historias ante octogintæ circiter annos atrocissimum bellum inter duos Reges Orientales in tractu Peguensi exortum fuisse ob unionem quandam, cujus magnitudo aurantium pomum

æmulabatur. Scimus etiam quod Ann. 1566. *Sophi Persianus* duas uniones *Soltanio Solino* transmiserit, magnitudine ovum æquantes rotundas ac splendidissimas.

Si autem Margaritas quo ad usus medicos consideremus, minimas quasque magaritas majoribus haud postponendas censemus; in quarum quidem præparatione advertendum hoc loco est, ne Pharmacopæi super tabulam è marmore albo paratam, ut vulgò fieri solet, has lævigando in pollinem redigant. Certum enim est tunc earum quidem molem adaugeri; at magno ægrorum præjudicio ac damno, quantum siquidē de marmore inter lævigandum abscedit, tantùm margaritarum moli accedit, tantumq; abest, ut sic præparatę nomē margaritarum mereantur, quin potiùs marmoris lævigaturæ appellari debeant. Marmoris igitur loco Porphyrium lapidē accipio, in quo margaritas affusione Aquæ Rosarum tàm-diu lævigare sino, donec nulla digitis aut linguâ inæqualitas percipiatur. Attenuatam verò sic earum lævigaturam ac in trochiscorum formam redactam, tandemque resiccatam pro usu asservo.

APPENDIX.

Dos margaritarum in candore, magnitudine, orbe & pondere existit. In Medicina probantur potissimum, candidæ, pellucidæ, corpulentæ, ponderosæ, non perforatæ; quia dum ferri acie perforantur, ære inficiuntur. Cardiacæ putantur à tota substantia, & sanguinis propè cor putredinem prohibere, cordis intemperiei calidæ & hinc nato tremori prodesse, quia frigidæ-siccæ primo gradu: ideog, in omnia ferè Antidota & Confectiones roborantes recipiuntur. Præparatio earum est, ut purgatæ à sordibus & pelliculis

culis non rarò adhærentibus laventur ex aqua Rosarum, & siccata terantur in mortario lapideo, pistillo ligneo, deinde arte levigentur in Porphyritide. Plura de Margaritis atq; Conchis in quibus generantur, deq; illarum natura ac præstantia, vide Rondel. lib. 1. de testaceis cap. 21.

CAPUT UNDECIMUM.

De Moscho.

Moschum antiquis incognitum fuisse vel inde perspicere licet, quòd in scriptis suis ejus nullam mentionem fecerint: quibus hac in parte feliciores multò censendi videntur moderni, qui ejusdem cognitione & admixtione preciosissimas suas Confectiones nobilitarunt.

Hunc omnes dicunt provenire è certis quibusdam vesiculis, quales ferè sunt illæ, quas juxta umbilicum ad ventres quorundam animalium in desertis Indiæ viventium reperiri ajunt.

At de genuina animalis moschiferi descriptione apud Autores valdè controversum est. Quidam enim Moschum nil aliud esse existimant, quàm animalis cujusdam parvi instar muris, binos duntaxat dentes in superiori mandibula & totidem in inferiori habentis saniem vel apostema sanguinolentum, quod exsiccatum gratissimum odorem spirat.

Alii verò Moschum nil aliud quàm sanguinem in vesiculis quibusdam circa umbilicum dictorum animalculorum positis collectum esse arbitrantur, unde *Serapio cap. 185.* sic ait:

Cum natura expellit cursum sanguinis ad folliculum illum vel cbistim, completur essentia sanguinis in eo.

Hunc

æmulabatur. Scimus etiam quod Ann. 1566. *Sophi Persianus* duas uniones *Soltano Solino* transmiserit, magnitudine ovum æquantes rotundas ac splendidissimas.

Si autem Margaritas quo ad usus medicos considereimus, minimas quasque magaritas majoribus haud postponendas censemus; in quarum quidem præparatione advertendum hoc loco est, ne Pharmacopæi super tabulam è marmore albo paratam, ut vulgò fieri solet, has lævigando in pollinem redigant. Certum enim est tunc earum quidem molem adaugeri; at magno ægrorum præjudicio ac damno, quantum siquidè de marmore inter lævigandum abscedit, tantùm margaritarum moli accedit, tantumq; abest, ut sic præparatę nomẽ margaritarum mereantur, quin potiùs marmoris lævigaturæ appellari debeant. Marmoris igitur loco Porphyrium lapidẽ accipio, in quo margaritas affusione Aquæ Rosarum tàm-diu lævigare sino, donec nulla digitis aut linguâ inæqualitas percipiatur. Attenuatam verò sic earum lævigaturam ac in trochiscul orum formam redactam, tandemque resiccatam pro usu asservo.

APPENDIX.

Dos margaritarum in candore, magnitudine, orbe & pondere existit. In Medicina probantur potissimum, candidæ, pellucidæ, corpulentæ, ponderosæ, non perforatæ; quia dum ferri acie perforantur, ære inficiuntur. Cardiacæ putantur à tota substantia, & sanguinis propè cor putredinem prohibere, cordis intemperiei calidæ & hinc nato tremori prodesse, quia frigidæ-siccæ primo gradu: ideog, in omnia ferè Antidota & Confectiones roborantes recipiuntur. Præparatio earum est, ut purgatæ à sordibus & pelli-

culis

culis non rarò adhærentibus lavantur ex aqua Rosarum, & siccata terantur in mortario lapideo, pistillo ligneo, deinde arte levigentur in Porphyritide. Plura de Margaritis atq; Conchis in quibus generantur, deq; illarum natura ac præstantia, vide Rondel. *lib. 1. de testaceis cap. 51.*

CAPUT UNDECIMUM.

De Moscho.

Moschum antiquis incognitum fuisse vel inde perspicere licet, quòd in scriptis suis ejus nullam mentionem fecerint: quibus hac in parte feliciores multò censendi videntur moderni, qui ejusdem cognitione & admixtione preciosissimas suas Confectiones nobilitarunt.

Hunc omnes dicunt provenire è certis quibusdam vesiculis, quales ferè sunt illæ, quas juxta umbilicum ad ventres quorundam animalium in desertis Indiæ viventium reperiri ajunt.

At de genuina animalis moschiferi descriptione apud Autores valdè controversum est. Quidam enim Moschum nil aliud esse existimant, quàm animalis cujusdam parvi instar muris, binos duntaxat dentes in superiori mandibula & totidem in inferiori habentis saniem vel apostema sanguinolentum, quod exsiccatum gratissimum odorem spirat.

Alii verò Moschum nil aliud quàm sanguinem in vesiculis quibusdam circa umbilicum dictorum animalculorum positis collectum esse arbitrantur, unde *Serapio cap. 185.* sic ait:

Cum natura expellit cursum sanguinis ad folliculum illum vel cystim, completur essentia sanguinis in eo.

Hunc

Hunc autem ad folliculum ab animalculo desumi scribit capræ sylvestri non absimili, quod Itali & Africani *Gazellam* dicunt. Hæ autem *Gazellæ* à capris sylvestribus figurâ, colore & cornu non differunt, sed dentibus tantùm, cùm quælibet Gazella duos caninos habeat dentes, qui aboriùtar dentium Apri prominent.

Sunt porrò alii, qui animal in quo Moschus generatur colore cervo simile esse, Dorcade aut Capreolo paulò majus & nonnunquam æquale contendunt. De his animalibus loquens *Brassavolus* sic scribit:

Nec aliud cogitare possum, quam tumorem illum, præter naturam toties repetitum, materiam esse, qua naturaliter in eo animante per illam viam per modum crisis expellatur, sicut in multis aliis menstrua sunt, nec illud animal diu vivere posse, nisi ita expurgetur.

Inest autem his beluis naturalis quidam instinctus, ut cùm hujus absessus maturitatem persentiant, lapidibus atque arboribus tumorem affricent, quò ad durâ pelle ruptâ pus exeat, quod incolæ deinceps colligunt.

Amatus Lusitanus lib. 1. cap. 20. in Dioscor. diversam ab his omnibus sic profert opinionem:

Apud Indos regnum amplum ultrà Malacam situm est, in quo animal quoddam leporis magnitudine reperitur, ubi non minùs ac lepores apud nos capitur: quod vivũ virgis primò flagellatum neci traditur, à quo detracta pelle & intraneis demptis universam carnem sic verberibus lividam cum ossibus contundunt pinsuntq;, quæ sic contusa pistataq; Moschus est, qui folliculis postea includitur.

Nonnulli præterea Moschum Dorcadis, Damæ aut Gazellæ

Gazellæ semen esse dixerunt. Hujus enim animantis, ubi Veneris œstro ac furoris vehementia percellitur, umbilici regio semine tunc intumescit, anni præsertim constitutione siccissima, ubi ferum illud animal humi sese crebrò volvens ac confricans vomicam disrumpit, notante *Cronemburgio in Gall. moscb.*

Paulus Venetus lib. 1. cap. 6. animalia à quibus moschus habetur magnitudine Catum non excedere, eaque canum sagacitate in venationibus capi, & Gadderi apud Indos appellari asserit.

Eduardus Barbossa in suo, quem de India prodidit libro, ait, Moschum esse saniem aposthematis, quod in certis quibusdam animalibus, colore & forma à vitulo non discrepantibus in hanc perfectionem transit Lunâ in plenitudine existente.

Cæterùm & *Scaliger* moschum ex animali, quod Capreoli formam repræsentat ita colligi scribit, ut postquam Venatores id animal secuerint, hirudines tot tàmq; diu admoveant, quo-ad omnis cruor suctu detrahatur. Istum sanguinem exsiccatum atq; in pulverem redactum in folliculos istos, qui ad nos importantur, inditum servant.

Matthiolus lib. 1. cap. 20. Animal moschiferum prægrande ac unico saltem cornu præditum esse notat: quod forsan *Bodinus in theat. nat. lib 3. sect. 10.* nomine Asini Indici exprimere persuasum sibi habuit, cùm hunc verum esse *Moschon* censeret, habentem dictas vesiculas, quas suo judicio nil aliud, quam genitalia membra arbitratur.

His cunctis opinionibus respondere etsi difficile sit, succinctè tamen demonstrare conabor hos omnes *Autores* deceptos esse, tum quo-ad formam hujus animalis,

L

ut esset instar receptaculi humoris cujusdã crassi, cum quo per certum, qui vesiculæ inest, meatum linguam humectans, partes corporis sui dolentes inungere solet hoc animal, præcipuè pedes & genua, ut hac ratione velut refectione quadam lassitudini medeatur, quam ex continuo cursu & per scopulos saltatione contraxerat. Postquam igitur hæc animalcula ab Indis prehensa sunt, è vesiculis dictis disruptis moschum desumere solent; quin & non rarò integras vesiculas ab iisdem auferunt, liberum deinceps iis in campestria loca regressum permittentes, ut paucos post dies pastu herbarum odoriferarum recreata aliis vesiculis velut vomicis prægnantia deprehendantur.

Cæterùm Moschus ille qui per terram ad nos defertur præferendus videtur ei, qui mari advehitur. Hic enim ob aquæ injurias multùm debilitatur; hanc ob causam Moschum Orientalem Occidentali longè præferendum censeo. Nam qui de *Siam* regione Indiæ Orientalis venit, ac inde ad celeberrima emporia *Pegu*, *Coraseeni* & *Tumbequit* transportatur per Mercatores, qui terrâ iter faciunt ac deinceps *Venetias* adeunt, præstantior longè est eo, qui ex *America Portugallam*, & inde ad nos affertur, quo tamen solo nobis hodie ob alterius defectum uti licet, cui *Moschi de ponant* nomen vulgò imponitur.

Ex quo colligere licet, cur Professores nostri in hac Confectione Moschi quantitatem adauxêre, quia nempe Moschus ille de *ponant*, quo nos hodie uti cogimur, Orientali, quo Veteres usi fuere, puritate & perfectione longè est inferior: Adde quòd is, antequã ad manus nostras perveniat multis modis adulterari soleat. Eousque enim hominum malitia pervenit, ut urinâ

urinâ moschum humectare non vereantur, à quâ tanquam re fœtente ejus vigorem augeri animadversum est. Eadem quoque ratione, si ob vetustatem de odoris suavitate multum ei decesserit, in sacculis ligatus ad latrinas appendi solet, ubi vi fœtentis antiperistasεos odoris augmentum ei accedere compertum est, quamvis deinceps odor durabilis ac constans non sit. Tandem verò hoc observatu dignum est, quòd legitimus Moschus forti olfactione hæmorrhagiam in jejuno homine excitare soleat. Coloris verò in electione moschi magna ratio habenda non est, quin obscuritas & nigredo hunc ferè commendet. Quo ad gustum Moschus debet esse amarus, citrè penetrationis, ac inter masticandum omnibus arenulis expers. Hunc in vasculis plumbeis asservare solemus, eò quòd hujus metalli frigiditate odor ac vis ejus facilè dissipabilis commodius contineri ac velut per concentrationem asservari queat.

APPENDIX.

Sunt sanè Moschi vires eximiæ. Nam cor frigidum & tremulum roborat exhilaratq́, & omnibus ipsius affectibus confert: nec non cerebrum recreat & spiritus omnes refcit. Et cum eodem liberalius ac cum minori præjudicio nobis uti liceat quàm Ambrâ grisea, quæ hunc caliditate ac vi excessitate multum superat, rectè à Monspelliensibus factum est, quod hujus quantitate imminutâ, illius pondus auxerint, adeoq. Confectionem hanc tutiorem ac jucundiorem reddiderint. Sic doctissimus Rondeletius *in descriptione* Aromatici Moschati *similiter quantitatem Ambræ minuens moschi pondus augendum censet, eò quod plus Moschi non adulterati reperiatur quam Ambræ, & cum sint ejusdem fa-*

cultatis, non mutetur vis medicamenti: Hoc ipsum præterea Falconem in hac confectione observasse affirmat in sua Ossuina cap. de Arom. Mosehato. Torrefactum spiritum salis ærei & odore rectificari & instaurari oportet, magnæque Mesuæ vis insit spiritui vitæ exhilarandi, ideoq; pristinæ ei consilio Mesuæ huic Confectioni Mosehatum addidi, ut lætificandi insuper vi, quæ ejus quantitate ad mistam hanc Confectionem ad cordis robur efficacioribus reddere annisi sunt.

CAPUT DUODECIMUM.

De Auro.

HOc Metallorum non modò perfectissimum, sed etiam ex quibuscunque corporibus elementaribus maximè æquale ac completissimum, utpote quod nec ab actione ignis, nec aëris rubigine nec aquarum humectatione, nec terræ salsuginibus directè edomationem ac corruptionem persentit; cujus prima generationis rudimenta sunt granula instar milii, quæ calor Solis quin potius ipsa Natura temporis successu counit & accumulat, tandemq; in massam solidam perficit, quantum quidem ipsa per se ratione materiæ puræ ac homogeneæ præstare pro viribus potest, separata ea quæ tanquam heterogenea ejus compactionē præpedire possunt. Dicitur vero Aurum Gallicè *Or*, forsan à voce hebræa *Hor*, quæ lumen denotat, vel à Græco nomine *Horos* quod apud Ægyptios erat nomen Solis, quia absque auro Mundus tenebricosus videretur. Cæterum hoc loco propositum mihi non est loqui de controversiis quæ inter Spagyricos & hujus scientiæ Physicæ sectatores de materia metallorum impri-

mis

nem ingrediuntur præstantissimis Cardinalibus Ecclesiæ dictis similitudinis [illegible] ejusdem totius hortum per gyrum ejusdem progressionis.

APPENDIX

[illegible]

EPILOGUS.

[illegible]

A [illegible]

cum pomorum dulcium, in quibus Seta per ſpacium viginti quatuor horarum infuſa eſt: His addo libram Sacchari fini ac ſolidi, mediam nempe præſcripti ponderis quantitatem, indeq; Syrupum facio ad conſiſtentiam ferè Opiatæ: Huic Syrupo jam cocto adjungo libram unam Syrupi de Kermes, quem ex una libra ſucci granorum Kermes recentis & una libra Sacchari, quæ alteram præſcripti ponderis medietatem complet, ſemper paratum habemus. Nam in omnibus Conſervis hic mos tum nobis tum pleriſque obſervari ſolet, ut iis, quæ guſtu conſtant ingrato ac amaro Sacchari in duplo pondere admiſceamus. Unde ſapienter à Profeſſoribus noſtris actum eſt, quod Sacchari quantitatem ultra pondus à Meſue præſcriptum dimidiâ libra auxerint, ne ob ſucci Kermeſini amaritudinem ingrata ampliùs foret ægris hæc Confectio. Hos ergò utrosq; Syrupos ſimul mixtos modica ebullitione efferveſcere ſino, ut inter ſe optimè concorporentur; in quibus ad debitum gradum calentibus Ambarum griſeum debito modo conciſum ex artis dextro præſcitu diſſolvendum ac liquefaciendum injicio: tandem Sandali, Cinamomi, Margaritarum ac Lapidis Lazuli pulveres, illos quidem per ſe tuſos, hos verò dicto modo antè præparatos ac ante mixturam in mortariolo modicè lævigatos adjungens. Pharmacopæos autem hoc loco prænonitos volo, ut hanc mixturam non niſi figulino puriſſimo vaſe, aut pro more noſtro, argenteâ patinâ in hanc rem aptè fabricatâ perficiant; atque inter operandum Syrupum dictum diligentiſſimè ac continuò agitent ac hinc indè ducant, ne in grumos abeat. His ergò obſervatis addo Moſchum, non quidem in pulverem ductum,

nam sic in vapores evanescceret, sed tantillâ aquâ rosarum convenienter dissolutū, quò fit ut summa ipsius subtilitas in liquore retenta totaliter huic mixto conuiri queat: Quod etiam *Cronenburgius* observans, *de Gallia moscb.* sic ait:

Nunquam moschus pistillo simpliciter conteritur, sed prius aqua rosacea dissolvitur, mox cum aliis simplicibus miscetur quibus uniri debet.

Tandem ubi hæc omnia in unum redierint, Aurum foliatum in tenuem acervum copulatum toti mixturæ injicio, idipsum quantumvis leniter movendo, donec minutim disruptum & lacerum aureis suis scintillulis totam mixturam ac Confectionem optimè condecoret. *En, benigne Lector, modum legitimum, quem nos in paranda hac preciosa Antidoto observare solemus. VALE.*

APPENDIX.

Laudandi profectò ii, qui talentum à DEO concessum non turpiter sibi solis servant. Laudandus ergò Catelanus *noster, qui hoc artificium nusquam antea tam accuratè traditum non sibi soli servare, sed & exteris communicare non est veritus. Preciosa quidem hæc Compositio, sed non ita operosa, ut Pharmacopœa* Augustana *olim testabatur. Cum enim Dii omnia laboribus vendant, nil tàm inaccessum, nil tàm absconditum ac præsertim in manuali opificio, adeò arduum existere videtur, quod improbus labor vincere ac tandem superare non possit.*

ENAR-

Digitized by Google

ENARRATIO BREVIS AC THERAPEUTICA

De

Recto Confectionis Alchermes usu,

AUTORE

Joan-Stephano Strobelbergero.

Confectio Alkermes ex præscripto Doctorum Monspelienſium ac juxta artificium Catelani hactenus recitatum ritè præparata, multùm prodeſt ad omnes morbos qui ab humore melancholico prodeunt. Efficaciſſima inprimis multorum Regum & Reginarum in Gallia teſtimonio eſt approbata maximè in quibus vel longo morbo feſſis & jam moribundis, vel ab eo revaleſcentibus natura languet. Cor inprimis exhilarat, mœrorem ſine occaſione diſcutit, domandæ maniæ commendatur, ſuaves ac bonos ſpiritus regenerat, Syncopen, Palpitationem tollit, eſtq; unum ex iis quæ mirificè animum roborant. Stomachum præterea confortat, & ad multa alia efficaciſſima eſt medicina: Si drachmæ unius pondere, aut circiter, vel per ſe ſumatur, vel in juſculo aut vino generoſo ſoluta. Sanis quidem manè jejuno ſtomacho; ægris verò quo Medicus præſcribet tempore. In Melancholia poſt univerſales purgationes ad ſolvendos

Digitized by Google

humoris melancholici ichores nil præstantius hac Confectione reperire licet, si sequenti modo sæpè exhibeatur.

Rec. Syr. Regis Saboris unciam unam & dimidiam
Aquæ feniculi unciam unam.
In his dissolve Conf. Alchermes drachmas duas.
m. fiat potio.

Porrò cùm somnus sit arcanum in medicina supra omnes gemmas & lapides pretiosos æstimandum, hinc merito gratam nobis habeamus hanc ipsam Confectionem, quæ suavi sua evaporatione cerebrum rigando amicam naturæ quietem conciliare solet, potissimùm ob Ambarum, quod ideò plerunque Laudanis opiatis addi consuevit.. Nos ea sic utimur ad conciliandum somnum præsertim in iis qui ob animi passiones somnum capere non possunt:

Rec. Syr. de Papav. unciam unam
de Nymphea unciam semis
Conf. Alchermes drachmam unam
Aquæ Rosarum unciam unam & semis
Misce f. potio, quæ sumatur in ingressu lecti.

Schironius olim hanc Confectionem in affectibus Capitis frigidis ut Apoplexia, Caro, Lethargo & consimilibus corroborandi gratia præscribere solitus est cum Syrupo de Stæchade & Aqua Primulæ Veris: quamvis enim sit cardiacum medicamentum, & non præcipuè capiti destinatum, plurimùm tamen confert calefaciendo, spiritusq; vitales augendo & dilatando, qui ad naturales & animales efformandos præcipua materia existunt.

Idem in affectibus Cordis frigidis, magnis exsolutionibus velut ab immoderatis evacuationibus,

dum

dum calor naturalis ad extinctionem properat, hanc sequentem potionem calefacientem, roborantem & spirituum substantiam instaurantem ac malignos vapores expurgantem, in usu frequenti habuit.

Rec. Syr. de pomis benè olentibus
de Buglossa ana unciam unam
Conf. Alchermes drachmam unam
Aquæ Boraginis q. s. fiat potio.

Sterilitatem, quę à frigida provenit causa mirificè corrigit hæc Antidotus, si frequenter ante concubitum in vino generoso dissoluta usurpetur: præsertim si ejus usus per aliquot dies singulo manè post ovum sorbile cum pauco pipere ac sale, continuetur.

In difficili etiam partu, ubi cæteris remediis non prodit fœtus, ratione virium habita, præsentius nihil est, quàm si hæc Confectio in decocto pulli soluta exhibeatur. Nec timendum hoc in casu de Matricis ob moschi & ambræ odorem superascensione. Nam ubi jam fœtus in partu est, non potest amplius recurrere sursum, eò minùs odoribus attrahi. Alia quidem ratio odorum qui naribus adhibentur: quamvis & ex doctissimus Fontanonùs moschum ad elfaciendum hibere non vereatur. Nam fœtus gravitas, inquit, uterum deprimit, sursumque ascendere prohibet; atque interim bonis illis odoribus parturientis vires & spiritus roborantur valdeq; juvantur.

Ad fœtum mortuum & molam quin & secundinam expellendam maximum remedium est, si cum tantillo croci in aqua Cinamomi exhibeatur.

Potio hysterica recalfaciens & corroborans talis in usu nobis sæpe fuit, salubrisq; experta in generosis quibusdam Matronis:

Rec. Syr. de pomis odoriferis unciam unam.
Confectionis Alchermes drachmam unam
Aquæ Artemisiæ q. s. misce f. potio.

Parantur etiam non rarò potiones Cordiales ex confectione hac cum Aqua Viol. Borag. & Syr. Violaceo: quas mirè commendat Rondeletius in curanda Quartana continua.

Dyonisius Fontanonus in profligandâ febre Syncopali mirè olim juvit ægros hac potione sequenti:

Rec. Pulver. diamargar. frigid.
Corall. rub. præp.
Confect. Alchermes
de Hiacyntho ana scrupulum unum.
Syr. acetos. citri unciam unam.
Aquæ Bugloss. q. s. fiat potio.

Ad commendandam oris suavitatem jucundius nil haberi potest quam hæc Cofectio, si tempore matutino cum cultri apice parum de ea comedatur.

Si quis etiam de hausto veneno suspicetur, ab eo vix damnum sentiet, si hanc antidotum drachmæ pondere in Syrupo de Acetosa aut Succo Citri & Aqua Cardui Benèd. solutam assumat.

Externè quoque usurpatur in forma epithematis solidi vel liquidi. Nos eam applicare solemus illitam supra pannum scarlatinum; aut dissolutam cum aquis odoratis calidè regioni cordis eam imponimus. In affectibus Cordis frigidis, ut in maligna exsolutione recalfaciens & spirituum substantiam augens & roborans tale præscribit *Schyronius* epithema:

Rec. Aquar. flor. Aurant. Borag. Melissæ
ana uncias quatuor.
Conf. Alchermes, Diambræ ana scrupulos duos.

Pul.

Pul. de gemmis drachmam unam.
Croci drachmam dimidiam.
Vini Malvatici unciam unam.

Misce, fiat Epithema: in quo pannus crameſinus imbutus regioni cordis mutatis vicibus adhibeatur.

Doctiſſimus *Saporta* hoc ſequens in uſu habuit:

Rec. Omnium Santalorum ana ſcrupulum unum.
Trium florum Cord. ana pugillum unum.
Aquæ Card. Bened. Roſarum, Naphthæ ana quartarium unum.
Confect. Alchermes drachmam unam.
Pulv. Diamarg. frig. drachmam ſemis.
Vini generoſi unciam unam. Miſce.
Fiat Epithema quod regioni Cordis applicetur.

Vel fiat in Caſu ſubito tale linimentum:

Rec. Confectionis Alchermes
de Hiacyntho ana drachmas duas.
Diſſolve in vino generoſo aut aquis appropriatis. Fiat inſtar linimenti, quo inungatur regio Cordis.

CAUTIO.

Non eſt aſſumenda hæc Confectio in morbis acutis, in quibus ſuſpicio eſt alvi fluxus immoderati, ob vim laxandi aliquantulam quam habet, ſi majori quantitate exhibeatur; tunc autem hujus locum commodiſſimè complet nobiliſſima & hujus pediſſequa Confectio de Hiacyntho, quæ lapidem Lazuli non recipit.

Deinde qui continuo capitis dolore vexantur, ab hujus frequenti uſu abſtineant. Nec præſcribenda erit iis, præſertim fœminis, quæ antipathia quadam à Moſcho abhorrent.

At

At licet ne tutò eâ in calidis affectibus uti? Quamvis caliditate polleat, prætermittenda tamen non est ad spiritus dissolutos restaurandos Est enim dicente Schyronio, verè *Morsuorum vita*, quòd in iis quibus mors in propinquo est auram vitalem excitet. In affectibus tamen præcalidis tùm minor modus adhibendus, tùm simul cum aliis propinanda ipsa confectio, quæ ejus calorem temperare possunt.

Quæritur Coronidis loco

An Confectio Alchermes, quæ ex præscripto Doctorum Monspelienſium & declaratione Laurentii Catelani conficitur, omnibus aliis sit antepoſenda?

PLurimæ profectò apud Autores prostant Confectiones, quas sub nomine Alchermes *in usum quotidianum vocare solent. Pleraq; autem Antidotariam, quæ à Mesue primò tradita est, Confectionem jactitant.* Sic Hercules Saxonia *non dulcem modò, sed & amaram quandam pro Palpitatione Cordis præscribit.* Sic Fernelius, *sic recens Dispensatorium Augustanum, sic alii suas laudant Confectiones.*

At distinguendum hoc loco videtur inter Alkermes Confectionem propriè ac impropriè sic dictam. Propriè dicta ea censenda est, quæ ex succo Kermesino tanquam vera basi denominationem accipit: Hæc q. iterum vel primariò vel secundario sic nuncupatur. Quæ etenim ex succo Kermesino è granis tinctoriis recenter expresso ac postea cum Saccharo in Sapæ consistentiam cocto parata est, ea propriè ac primariò nomen Alchermes meretur: quæ verò ex Sera succo granorum Kermes à Pharmacopeis recenter tincta ex Mesue præscripto conficitur, ea proprie quidem etiam

sub-

sub hoc nomen venit sed secundariò. Improprie v. Alchermes vocantur omnes illæ confectiones, quæ aut è granis tinctoriis siccis, evanidis ac inanibus, aut è seta Cramesino colore ab Infectoribus tincta ac infusa passim præparari solent.

Sciendum porrò Confectionem Alchermes, quantum ad formam suam attinet ad Electuariorum censum ferè ab omnibus referri, siquidem ipse Mesues eam inter Electuaria sua recitat. Deinde certissimum est Succum granorum Kermes recentem longè efficaciorem esse ac viribus suis integriorem, quàm si cum serico exsiccatus tandem per macerationem eliciatur: quin & ipsis granulis tinctoriis siccis longè præstantior habendus. Annisulo enim grano languidus est succus. ex Plin. *lib. 9. cap. 41. Idem à quadrimo evanidus. Adde quod ad Serici tincturam hodiè non tàm grana Kermes seu Coccus veterum, quàm insecta quædam, quæ radicibus Pimpinellæ adnascuntur, adhiberi soleant.*

His præmissis dico sanè Monspelienſium Confectionem omnium esse præstantissimam. Nam quæcunq; Confectio ex succo Kermes recenti tanquam veræ basi conficitur, ac ex ingredientium debito congressu justam Electuarii formam acquirit, illa proprie & primario Confectio Alchermes appellanda, dignaq; est ut aliis omnibus aliter præparatis præferatur. At talis est Confectio Monspelienſis: Ergò reliquis præferenda.

Exulent ergò ab officinis Pharmaceuticis in posterum omnes reliquæ Confectiones, quibus indebitè Alchermes nomen imponitur, cùm potius tinctura Kermesina appellandæ sint. Videtur sanè (*inquit Melichius de Confect. Alchermes à Mesue præscripta*) hîc quantitas succorum non respondere cæteris juxta artis præcepta: *Cùm ergò debitam formam non habeant ejusmodi Confectiones, nec ve-*

ram basin putà Succum granorum Kermes recentem in se recipiant, quis est, qui eos verè Confectiones Alchermes in posterum appellare velit; quin potius fatendum Confectionem Alchermes quæ ex præscripto Doctorum Monspelienſium & declaratione Laurentii Catelani *conficitur omnibus aliis esse anteponendam.* TANTUS.

Interpres ad Lectorem C.

C. Occi nomen triplici genere in hoc libello usitatum reperies, in masculo ac neutrali genere, dum quorundam Autorum verba citamus; In fœminino autem plerunque nobis usurpatum scias, qui Græcos imitati κόκκου βαφικῆς, latinè per *Coccum Baphicam* meritò interpretamur.

Antiquam vocem *Scolecion* haud aliter quam per *vermiculosum* exponere potuimus, aut *vermiliones*, alludentes ad linguam provencialem, qua *Scolecion* per *vermillon* exprimitur, quod acutiores Galli *vermeil* aut *du vermeillon*, Itali *vermiglio*, nos Germani Schartlachroth appellamus.

Nomina illa *coucons & fourels*, ipso Catulano annuente per *cuculos* & *folliculos* latinè reddidimus, qui cuculli aut folliculi bombycum existunt opificium.

Filoselle, est pars setæ crassior ac rudior, quæ textoribus inservit; latinè per *Philoselam* aut si mavis, *floselam* scribere placuit.

Prodromos illos, qui è cannis Saccharinis primo vere erumpunt, quos Catelanus triplici nomine gallico, putà *noeuds*, *plantes*, *cannes*, expressit, nos unicè, quamvis aliàs inusitatè, per *geniculos* interpretati sumus, quasi dicas germina ac nodosas genituras, seu proprios cannæ saccharinæ genios.

Inter

Inter cætera Mortalitatis incommoda & hoc eſt, Caligo mentium. Nam homo cùm errat humanitùs errat. Tu benigné Lector, ne toti mortalitati convitium facias, errores typicos in hoc libello humaniter ſic corrige:

Pag. A. facie 3. ſtatim poſt initium præfat. Obernd. dele hæc ſeq. Verba: Non poſtrema ſanè utimur inter alias autem prorſus divinas Confectiones. *Nam ſunt ſuperfluè poſita. Pag. B. fac. 3. lin. 1. lege* obſcura *pro* obſura. *Pag. C. fac. 1. lin. 28. lege* GRAINE *pro* GRAINE. *Pag. D. fac. 1. lin. 28. lege* baphicam *pro* baphicum. *fac. 7. lin. penult. lege* judicavit *pro* indicavit. *Pag. E. fac. ult. lin. 15. lege* Glycymela *pro* Glycimela. *Pag. G. fac. 3. lin. 8. lege* monſpelienſibus *pro* monſpelienſbus. *Pag. H. fac. 6. lin. 25. ad Vocem* complures *ſcribe* glebas. *fac. ult. lin. 15. lege* natant *pro* notant. *fac. penul. lin. 19. lege* ſpirituoſam ac de igne multùm participantem *&c. Ibid lin. 23. lege* præterire *pro* præterite. *fac. ult. in fine dele hæc Verba:* tùm quòd viſcoſitate ſua diu ſtomacho hæreat, unde dolor & mala digeſtio ventriculum afficiunt. *Nam eadem Verba ponuntur in pagina ſequenti.*

FINIS.

A 12 1655 e 1

Digitized by Google

Inter cætera Mortalitatis incommoda & hoc est, Cæsare reseruum. Nam homo cum erraſ humanus erras. Tu benigne Lector, ne tot mortalium comitium facias erroresypicos in hoc libello humanitor lic corrige:

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D. 100.

oogle